CONSTITUTIONES PROMULGATAE PER ILLUSTRISS. ET REUERENDISS. DOMINUM D...

Todi, Giovanni Battista : da#S. Filippo

Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
8
27 L
1
ROMA

Digitized by Google

8, 27, L


CONSTITVTIONES
PROMVLGATÆ
PER

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINVM

D. IOSEPHVM PLANECTVM
EPISCOPVM TVDERTINVM,

IN EIVS DIOECESANA SYNODO

CELEBRATA V. IV. III. KAL. MAII MDCLXXVIII.



TVDERTI MDCLXXIX.

Apud Vincentium Galaſſium, Impreſſ. Epiſcop.

Superiorum permiſſu

Joannis, et Pauli de Urbe 1818

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

BIBL. SS. IO. ET PA. DE VRB.

Digitized by Google

EDICTVM
Indictionis Diœceſanæ Synodi.

IOSEPH PLANECTVS
Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Tudertinus.

SYnodum Diœceſanam per Congregationem Sanctorum deſignatam à Pſalmiſta, dum per eam expreſſit Sacerdotum, & Cleri Comitia ad Sacras Leges, ſacroſquè ritus ordinandos, quam iuxta Ioelis monita pro vniendis eorum precibus ad auertēda vrgentia mala conuocare deberemus, ad ſatisfaciendum noſtro Paſtorali muneri, & Sanctiſſimis Sac. Conc. Trid. Decretis, poſt luſtratam vndiquè Diœceſim, in præconio Epiphaniæ ad Dominicam in Albis proximè futuram iam pridem indictā, pro Parochorum commoditate, ne prædicta die ab eorum Eccleſijs diſtrahantur, ad feriam 4. poſt Dominicam ſubſequentem, quæ erit die 27. ſequētis Menſis Aprilis, & duos ſequentes dies prorogantes, eam iterum pro ijſdem diebus indicimus, & publicamus. Pſal. 49. 5. Ioel. 1. 14.

Quamobrem Vniuerſos, & ſingulos, qui in noſtra hac Tudertina Ciuitate, ac Diœceſi beneficia quæuis Eccleſiaſtica, etiam quæ ſine vlla cura ſunt, cuiuſuis generis obtinent, eos item, qui Sacris Ordinibus initiati ſunt; nec non etiam, qui in minoribus conſtituti in habitu, & tonſura incedentes, alicuius Eccleſiæ ſeruitio ſunt adſcripti; cæteroſquè omnes præterea de Clero tùm Seculares, tùm Regulares, qui quouis iure, aut Conſuetudine noſtræ Sy-

BIBL. SS. IO. & PA. DE URB.

nodo Diœceſanæ intereſſe debent, monemus in Domino, eiſdemquè omnibus, & ſingulis in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis ipſo facto incurrendæ, & alijs iuxta Sacrorum Canonum Decreta, iubemus; vt ipſi cum Clericali habitu talari, tonſura, nitidis ſuperpelliceis, ac Eccleſiaſticis inſignibus, parati ad Sacram Communionem prædicta die vigeſima ſeptima Aprilis ſummo mane ad Diœceſanam Synodum, quam in noſtra Cathedrali Eccleſia celebrabimus, conueniant: nequè loco ſui alios mittant; ſed ipſimet, niſi legitimo à nobis approbando impedimento detenti fuerint, præſto ſint; nec inde, cum conuenerint vllo modo diſcedant, dictis tribus diebus durantibus, niſi facultate à Nobis ſcripto impetrata. Volumus autem, ac mandamus, vt omnes, qui quodcumquè Beneficium Eccleſiaſticum obtinent, ſuas huiuſmodi Beneficiorum Bullas, ac Litteras, afferant, vt, & alij omnes ſine titulo Eccleſijs inſeruientes, Confeſſioneſquè audientes Litteras propriæ facultatis, ſeù deputationis, & inſuper inuentaria bonorum Stabilium, & Mobilium Eccleſiæ, & ad Eccleſiam, quoquo modo ſpectantium, Sacræquè Supellectilis, Miſſarum onera, diſtinctaſquè notitias Eccleſiarum, Caſtrorumquè dirutorum intra fines ſuæ cuiuſquè Parochiæ olim exiſtentium. Parochi verò omnes deferre teneantur numerum animarum, quibus præſunt, & nomina eorum præcipuè, qui nec ſemel in anno peccata ſua confeſſi ſunt, nec in Paſchate Sacra Communione refecti, vt, & Excommunicatorum, Blaſphemorum publicorum, ac Vſurariorum, nec non aliorum omnium Contractus, ac mercaturas illicitè tractantium, Concubinariorum, Coniugum diuiſorum, & ſimilia peccata, vel atrociora publicè committentium, vel ſcandala Clero, vel Populo Dei afferentium. Exhibebunt etiam, & ſuggerent

mo-

Digitized by Google

modos, ac remedia; quibus ea, & abuſus, ſi qui ſint tolli poſſint. Qui autem, vt ſupra, impediti Synodo adeſſe nequiuerint, ſupradicta tamen omnia deferenda ad Nos tranſmitti curent. Et ne durante Synodo ob Parochorum abſentiam detrimentum vllum Chriſti Fideles patiantur, ijdem Parochi ſuas Eccleſias huiuſmodi abſentiæ tempore propinquioribus Sacerdotibus, approbatis ſiuè Secularibus, ſiuè Regularibus commendent. Volumus etiam, vt Vicarij Foranei ſaltem decima quinta die ante Synodum accedant ad nos, vt ſuggerant ea, quæ ad Synodum ſpectare videbuntur, ac præſertim notas nobis exhibeant omnium Parochorum, Beneficiatorum, etiam abſentium, Sacerdotum item, & aliorum Clericorum, ſiuè in Sacris, ſiuè in Minoribus Ordinibus Conſtitutorum Eccleſijs, quibus adſcripti ſunt ſeruientium, vel non ſeruientium ſui Vicariatus: Eccleſiarum quoquè omnium, quas norunt, indigentias exhibebunt, vt Dei ope, atquè auxilio in eadem Synodo opportuna poſſint adhiberi remedia.

Vt autem hæc omnia ad maiorem Omnipotentis Dei gloriam, Animarum ſalutem, Eccleſiæ vtilitatem, ac Diuini cultus incrementum peragantur; Mandamus, vt omnibus diebus Dominicis à præſentium publicatione, vſquè ad dictæ Synodi celebrationem in hac noſtra Cathedrali Eccleſia Litaniæ recitentur, & ſingulis quintis ferijs Miſſa de Spiritu Sancto celebretur; quod etiam in omnibus Eccleſijs Parochialibus, tàm Ciuitatis, quàm Diœceſis omninò obſeruari iubemus: Moneantquè Parochi ſubditos ſuos, vt Indulgentias à Sede Apoſtolica nobis ex hac cauſa conceſſas ſedulò curent obtinere. Cum autem omnes vt ſupra vocati ad hanc Ciuitatem Synodi cauſa aduenerint, volumus vt Præfecto Hoſpitij à Nobis deputando ſignificent vbi pernoctare durante Synodo, intendant; quod ſi proprias,

vel amicorum domos non habuerint in Hoſpitijs a nobis deſignandis cibum capiant, & excubent, memores ſemper quod bonus Chriſti a odor eſſe tenemur in omni loco. Volumus deniquè vt hæc Synodi indictio noſtra, Cancellarijquè noſtri manu ſignata, Sigilloquè noſtro munita in Valuis Eccleſiæ Cathedralis affixa, omnes, & ſingulos, ad quos pertinet, afficiat, & arctet, ac ſi vnicuiquè illorum ſingillatim fuiſſet perſonalitèr intimata. Datum in noſtro Epiſcopali Palatio die 24. Martij 1678.

a 2. Corin. 2. 15.

Ioſeph Epiſc. Tud.

Loco ✠ Sigilli.

Petrus Lucius Canc.

Digitized by Google

ORATIO

Habita per Illuſtriſſ & Reuerendiſſ. D. Epiſcopum, in principio primæ Seſſionis 5. Kal. Maij.

AD hæc generalia Diœceſis comitia, poſt eam vndiquè luſtratam, non ideo vos accerſiui vitæ inſtituto, prudentia, & moribus *a* ſeniores, ac ſumma veſtra, meaquè pari fœlicitate *b* in ſortem Domini vocatos, vt nouandi cupidine offenſionum auidus nouas conſcriberem leges, ſed vt mutua veterum recordatione, & ipſe vos commoneam, & vos me ità excitare poſſitis, vt iuxta monita Principis Apoſtolorum *c* non vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo ità coniunctim omnia prouideamus, atquè viciſſim ità peragamus, vt cum apparuerit Princeps Paſtorum *d* immarceſcibilem ab eo gloriæ coronam conſequamur. Quod vt perfectè aſſequi poſſimus implorata Spiritus Sancti ope flagitandum ab eo potiſſimum exiſtimo, vt charitas Dei, quæ ſecundum Apoſtolum *e* magis, ac magis abundat in ſcientia, & in omni ſenſu, adeò in cordibus noſtris inflammetur, vt probantes potiora *f* quæcumquè vera, quæcumquè pudica, quæcumquè Sancta, & quæcumquè amabilia iuxta eiuſdem Apoſtoli vota, & cogitemus, & agnoſcamus, & decernamus, ac exequamur, vt in eo, qui

a 1. Petr. 5. 1.
b Act. 1. 17. & 26. 18.
c 1. Petr. 5. 3.
d 1. Petr. 5. 4.
e Ad Philip. 1. 9.
f Ead. 4. 8.

Digitized by Google

nos ab vtero ad hanc præclariſſimam Euangelij lucem,ad hunc præſtantiſſimum ordinem, atquè ad hanc ampliſſimam Sacerdotij Dignitatem euexit, *a* anima vna, & cor vnum perpetuò videamur. Per hanc enim charitatem, qua vehementiſſimo amoris æſtu inexhauſtum charitatis fontem, & in eo proximos noſtros *b* diligere debemus, non ne in ea humilitate, *c* qua ſemetipſum pro nobis exinaniuit, non quidem noſtra, ſed aliena conſiderantes in eius laudem, in eius gloriam, & pro eo in proximorum vtililatem optima quæquè vel inſtaurabimus, vel conſtituemus? In hac itaquè charitate venerabiles fratres, in qua iam omnes, vt arbitror, Deo agitante caleſcimus, Deo inquam,vt olim Paulus in areopago, *d* in quo, & viuimus, & mouemur, & ſumus, ad eius Eccleſias, domos equidem ipſius, & Orationis oculos animumquè conuertamus, vt ibi Dei Thronum iugiter erigentes nec eas collabi, nec eas deſeri, nec per fœda, & ſordida, nec fœda, & inhoneſta, aut eas pollui, aut eas inquinari patiamur, ſed ædificij maieſtate, ornatus elegantia, aſſiduoquè ſeruitio cum Sapiẽtiſſimo authore Hieroſolimitani olim templi *e* eius benedictiones aſſequamur, & e noſtris hiſce regionibus eas auertamus ærumnas, quas ob luxum, nitoremquè priuatarum domorum, *f* & propriæ ſquallidam ſolitudinem per Aggæum Prophetam in annonæ penuria maximè comminatur. Eia igitur in hac charitate inclyti huius Eccleſiæ proceres ad proximos noſtros quos Paſtorali ſollicitudine, atquè pietate adoptauimus in filios, toto cordis affectu mentem itidem, ac oculos dirigamus, vt *g* Patres, atquè Paſtores iuxta cor Domini, & iuxta eius Sacratiſſimas, atquè Sanctiſſimas Leges, quas pro Diuini cultus augmento, & morum reformatione inflexibili conſtantia volumus, atquè decernimus cuſtodiri, ne dum perenni prouidentia eos paſcamus, vt indi-

a Act. 4. 32.
b 1. Ioan. 4. 8. & 16.
c Ad Philip. 2. 7.
Act. 17. 24.
e 2. Paralip. 17.
f Agg. 1. 9. & ſeqq.
g Ier. 3. 15.

Digitized by Google

indiſtinctè tenemur in ſcientia, & doctrina, ſed in hac quoque rerum inopia pietatis viſcera dilatantes, temporalium etiam largitione comprobemus, quomodo in fratribus, & Noſtris, ac Eccleſiæ filijs, quos *a* languidos intuemur in charitate non ficta Deum, ac Patrem diligimus hiſce oculis inuiſibilem, vt eandem, ex præcepto Apoſtolorum Principis, *b* ſic miniſtrantes in fidem virtutem, in virtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam, in abſtinentia pietatem, & in pietate amorem fraternitatis ſperare poſſimus cum Apoſtolo *c* coronam iuſtitiæ, quam reddet Dominus iuſtus Iudex, & nobis, & ijs omnibus, qui cuſtodiunt eius mandata, & ita *d* diligunt aduentum eius.

a 1. Io: 4. 20. & ſeq.

b 2. Petr. 1. 5. & ſeqq.

c 2. ad Tim. 4. 8.

d S.Greg.Hom.13.in Euang.

Dixi.

Aliæ Orationes, quæ duobus ſequentibus diebus ab eodem Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Epiſcopo habitæ fuerunt, & ſuis locis eſſent inſerendæ omittuntur ne conſtitutionum Synodalium ordo interrumpatur.

PROE-

Digitized by Google

PROEMIVM

De confirmatione ante actorum Synodorum.

a Ad Philipp. 2. 7.
b Matt. 5. 17.

EXemplum eius imitari cupientes, qui
pro hominum ſalute formam a ſerui ac-
cipiens non venit legem b ſoluere, ſed
adimplere (Implorata Spiritus Sancti gratia,
qua, & Anteceſſores noſtros, quorum religio-
ſis geſtis excitamur,) meritò cenſemus affla-
tos, vt breuitati ſtudeamus eorum Decreta in
antecedentibus Synodis hoc in exordio c con-
firmantes, ità in poſterum ea volumus obſer-
uari, ac ſi a Nobis iterum in hac Synodo eſ-
ſent promulgata, ijs tantummodo exceptis,
quæ pro temporum d varietate hiſce noſtris,
quæ inferius exponuntur, derogata dignoſcen-
tur, eaquè tantummodò ex ipſis repetita in
vnum colligemus, quæ veluti deſuetudine in-
umbrata e ſpeciali confirmatione videntur in-
digere, vt facilius obſeruentur.

c S.Greg.in regiſt.lib.2.ind.10.ep. 37. fol. 57. lit. c & ſeq. lib.5.ind.14.Ep.12. in fin.lib.7.ind.1.Ep.17.in fin. & ind.2. Ep.70.in princ. fol. 264. verſ. cuius nos rectitudinis, & lib. 12.Ep.32.fol.442.lit.D in fin. Can.Quod verò 10.15.q.2.

d c. nō debet 8. in princ.vbi gloſ.in verb. tēporum de conſanguin.& affin.

e c. Quamquam 6. vbi latè Gloſ.verb.plus diſt.23.c.ſi aduerſus 11. de hæret. Extrauag. & ſi 3.de præb. & dignit.inter com.

Digitized by Google

CONSTITVTIONES SYNODI TVDERTINAE

Promulgatæ in Cathedrali Eccleſia eiuſdem Ciuitatis, Diebus 27. 28. 29. Aprilis 1678.

T I T. I.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

C A P. I.

CVM eam Dei gratia profiteamur Fidem, quam Sancta Romana Eccleſia cœterarum *a* Mater, & Magiſtra amplectitur, & docet, & opiniones ab ea damnatas iure optimo deteſtemur, omnes, *b* qui ex Decreto Sac. Conc. Trid. & *c* Apoſt. Conſtit. fidei profeſſionem, ſeù iuramenta de ijs obſeruandis emittere tenentur iuxta eorum diſpoſitionem, & formulam ab Apoſtolica Sede approbatam, & fidem volumus, & fidei conſtantiam *d* profiteri, ac iure iurando iuxta earumdem Conſtitutionum præcepta ad illarum obſeruantiam adſtringi, eorumquè no-

mina

a Ad Epheſ. 2. 8. & ſeq. c. fin. de Sum. Trin. & fid. Cat. c. fin. de for. comp. Conc. Trid. ſeſſ. 7. de Bapt. can. 3. & alibi paſſim.

b Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de ref.

c Pius IV. Conſt. 88. incip. in ſacroſancta B. Pius V. Conſt. 3. incip. ſuper gregem.

d Conc. Prov. Med. 4. par. 2. tit. quæ pert. ad Sac. pænit. §. medici quicumq; & 5. in prim. tit. 1. Quæ ad fidei. §. Nemini etiam regulari, & ſeqq.

Digitized by Google

mina (vt moris eſt)in peculiari libro per Cancellarium deſcribi , & vt præſcribunt antecedentium Synodorum Decreta abſquè mora denunciari omnes, tam aberrantes à fide , quàm per Dæmonum cultum , inuocationem , vel commercium , veneficia , ſortilegia , ſuperſtitiones , vel hæreticales blaſphemias , & ſimilia , aut alia atrociora Diuinæ Maieſtatis contemptores ; & ſingulis annis ineunte Domini Aduentu , ac Quadrageſimæ initio in hac Cathedrali,& in cœteris alijs Parochialibus, cum frequentior in ijs Populus conuenerit omnes , vel per Concionatores *a* vel vbi non adſunt per Parochos ad prædictam denunciationem commoneri , vt aduerſus tantorum criminum reos iuſtitia vindice ſedulò procedatur .

a Conc.Prou. Med.2.tit.1.de fide , &c. decr.1.in fin.

TIT. II.

De Conſtitutionibus.

CAP. I.

CVm à Sacerdotum moribus diſſonum videatur benè ordinata reſcindere , & exemplo ſuo cœteros docere , *b* ſua quandoquè poſtea conſtituta diſſoluere , vt in huius Synodi Proemio Anteceſſorum leges,quæ in eorum Synodis fuerunt publicatæ mandauimus cuſtodiri , ità etiam quæ ab ipſis , & ne Noſtra *c* negligamus à Nobis poſtea edictis , viſitationum decretis, aut alio generali pſephiſmate fuerunt conſtituta firmiter obſeruari decernimus , niſi tamen ijs,quæ pro *d* temporum varietate modò conſtituuntur , dignoſcantur aduerſari .

b S.Greg.in regiſt.lib.7.Ind. 1.Ep.27.& in alijs ad eius Ep. 37. lib. 2. Indict. recenſitis per Altaſſer.in §.abſit hoc à me .

c c. licet 3. de ſupplen. negl. Præl.c. quoniam 3. de immun. Eccl. in 6. extrauag. ſi fratrum vnica in princ. Io: 22. ne ſed vac.

d c.non debet 8. vbi Gloſ.in verb. temporum . De conſang. & affin.

CAP. II.

STatuta , Regulas , atquè Decreta, tàm per Eccleſiaſticorum cætus , quàm per *e* Laicorum

e c.dilecta 14.de exceſſ.Præl. Clem.VIII.conſt.115.l.collegia 3.§.in ſumma ff. de colleg. & corp. illicit.

eorum Confraternitates Virorum ſcilicet, vel Mulierum, quæ ab ipſis abſquè Apoſtolicæ Sedis, vel Noſtra, aut Anteceſſorum authoritate ad eorum regimen, conuentus, electiones, aut ritus ordinandos edita fuere irrita cenſeantur, *a* eorumquè cætus, electiones, ac ritus omninò prohibiti donec à Nobis approbentur, vel Sedis Apoſtolicæ authoritate, *b* Nobis, vel Generali Vicario Noſtro oſtendantur comprobata.

De cõgreg. Mulierũ B. Pius V. conſt. 8. S. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. Congregatio n. 7. & Barboſ. deciſ. Apoſt. collect. 107. n. 15. & collect. 209. num. 2.

a Conc. Prou. Senon. de anno 1528. in decret. mor. cap. 3 .

b c. cum in iure peritus 31. de off. deleg. c. cum contingat 24. verſ. ſed ſi poſtea contrarium, vbi Gloſ. verb. præcipimus de reſcript. cap. 10. ſeù §. eos quidam nouell. 128. ſeù auth. de collat. Conc. Prou. Senon. prædict. in decr. mor. d. ca. 30. verſ. ordinamus.

CAP. III.

STatuta Montis Honeſtatis, qui ab erectionis initio iuxta illorum diſpoſitionem ex Confraternitate Sanctiſſimæ Annunciatæ ad nominationem Epiſcoporum pro tempore, velut ex Populi multitudine Senatus ſeniorum eligitur *c* inuiolabiliter hucuſquè ſeruata, non tàm pro bonis, quæ eidem Monti peculiari nomine fuerunt attributa, quàm pro alijs etiam, quæ prædictæ Confraternitati in dotium conſtitutionem fuerunt relicta, etiam quoad ea, *d* quæ ſimiliter in poſterum relinquentur ſedulò cuſtodiantur, niſi expreſſa in contrarium relinquentis voluntas, & antiquæ obſeruantiæ, & huic decreto nitidis verbis repugnare videatur.

c l. minimè 23. ff. de leg.

d l. ideoq; 27. ff. de legib. c. inter corporalia 2. verſ. ſicut ergo Epiſcoporum, vbi Gloſ. verb. ſimilitudinem, & verſ. vnde ſi circa tranſlationem de tranſlat. Epiſ.

CAP. IV.

FRumenta, quæ per Montes Frumentarios in Pauperum beneficium ſolent diſtribui præuia Parochi denunciatione diebus ab ipſo deſignandis per Menſes Septembris, Octobris, atquè Nouembris ſingulis annis locorum incolis, *e* vbi ijdem Montes erecti ſunt, & non alijs abſquè Noſtra ſpeciali licentia in ſcriptis, ſeruatis ad id de more ſeruandis æqua quidem in ſingulos pietate, ſed prudentia duce abſquè pij operis detrimento, aut diſcrimine religiosè diſtri-

e l. panis gradilis 2. & l. Ciues Romanos 5. vbi Iacob. Gotofr. tom. 5. fol. 245. verſ. 4. in hunc verſus finem. & l. vendendi 7. vbi præſertim ac ll. ſeqq. & l. eos 13. C. Theod. lib. 14. tit. 17. de annon. Ciuic. & pan. gradil.

Digitized by Google

distribuantur, & ſubſequenti anno poſt Meſſem per totum menſem Auguſti Offi:ialium *a* negligentium periculo fideliter exigantur, nec poſſint amplius vel ad Montium officia admitti, vel ad diſtributionis commodum ij, qui vel in exigendo, vel in reddendo frumento moroſi detegentur: & vt hæc omnia adamuſſim ſeruari debeant præter horreorum claues, quæ ab officialibus detinentur, *b* alia diſtincta in ſingulis horreis pro Parocho conficiatur, vt neque ab ipſo, neque ab illis diſiunctim poſſint aperiri; Ipſi verò Parochi ſub pœna colluſionis, atque fraudis omninò debeant ante Idus Septembris ſingulis annis in Epiſcopalem Cancellariam *c* diſtinctas notas proprio charactere ſubſcriptas tranſmittere de quantitate frumenti, quibus ipſe Mons conflatur, & de illius diſtributione facta anno præcedenti, & ſucceſſiua reſtitutione, cum ſpecifica deſignatione quantitatis frumenti, ac nominum eorum, quibus diſtributum, & à quibus, vel in totum, vel in parte fuerit reſtitutum. Parochis *d* verò, & eorum *e* Conſanguineis, vel affinibus, qui tertio, vel alio proximiori gradu eis coniuncti ſunt, ne vlla aduerſus ipſos inſurgat ſuſpicio, nulla frumenti diſtributio fieri poſſit, niſi præuia Noſtra ſpeciali permiſſione in ſcriptis, & ità Montium prædictorum Statuta, *f* quatenus his conformia omninò ſeruentur. diuerſa verò, vel contraria ad hanc formam reducantur.

a l. miſſi opinatores 7. poſt med. verſ. qui ſi vltra annũ C. de exact. tribut. lib. 10.

b l. ad excludẽdos 9. C. Theod. lib. 14. tit. 4. de Suar. pecuar. & ſuſceptor. & l. p. C. de condit. in publ. hor. Theod. lib. 11. tit. 14. & Iuſtin. lib. 10.

c l. fin. C. de frumen. Vrb. Cõſtantin. Theod. lib. 14. tit. 16. & Iuſt. lib. 11. & melius Nouell. 128. cap. 16. ſeù §. Ciuitatum verſ. ſed neq; Prouinciarũ Iudices, & verſ. ſingulis autẽ annis auth. de Collat. ac præſertim l. placuit 13. C. Theod. lib. 11. tit. 1. de annon. & tribut. vbi Gottofred. qui latius in l. naucici 2. C. Theod. lib. 14. tit. 15. de Canon. Frumẽt. Vrb. Rom.

d l. p. & præſertim l. 2. C. de his quæ ex public. collat. illat. ſunt nõ vſurpan. Theod. lib. 12 & Iuſtin. lib. 10. & l. fin. C. de condit. in publ. horreis, Theod. lib. 11. Iuſtin. lib. 10.

e c. huiuſmodi 3. §. quibuſcũq; modis vbi gloſ. verb. Cognatis, 10. q. 2.

f Conc. Prou. Senon. de anno 1528. in decr. mor. cap. 30. §. ordinamus verſ. vt ſic Iuſtitia mediante.

TIT. III.

De Reſcriptis.

CAP. I.

RESCRIPTA omnia, vel pro confirmatione Statutorum, ſiuè Eccleſiarum, ſiuè Lo-

eorum Piorum, vel ad ſupplicantium preces hucuſquè obtentæ, vel quæ in futurum poterunt obtineri, cum iuxta Iuris diſpoſitionem intelligi debeant, *a* ſi preces veritate nitantur, & obreptionis, ſeù ſubreptionis vitio redargui nequeant, irrita cenſeantur, quatenus, vel falſa aſſertione, vel ſuppreſſa veritate, aut in præteritum dignoſcantur elicita, aut in futurum impetrentur.

a c.2. §.verum de reſcript.c. dudum 54. de elect. & elect. poteſt.

TIT. IV.

De Conſuetudine.

CAP. I.

COnſuetudo, qua perperam nixi, & Parochi ſtatis anni temporibus, & reliqui Sacerdotes cum primam Miſſam celebrarent in quibuſdam locis ante noſtram viſitationem inter Miſſarum ſolemnia Sacris veſtibus induti ad quæſtuandum Eccleſiam *b* circuibant tanquam corruptela, & abuſus in omnibus Eccleſijs huius Diœceſis penitus aboleatur, adeò vt in poſterum, & à Parochis ſtatis temporibus, & à nouis Sacerdotibus in prima eorum Miſſa in *c* Altari dumtaxat oblationes recipi poſſint.

b Sac.Cong.apud Fagnan.in c.Paſtoralis n.40. de his, quæ fiunt à Præl.& Nicol.Can.lib. 1.tit.39.num.181.§.1.verſ.ſed quid de oblat.

c Conc.Prou.Med.4.p. 2.tit. de Parrochijs, & Parochial.§. Sacerdoti. Sac. Cong. apud Barboſ.ad Conc.Trid. ſeſſ.22. cap.1.de Sacrif.Miſ.

CAP. II.

ABuſus pariter eorum, qui Sacco induti aut Eccleſiaſtica, vel Laicali Veſte Sacerdotem ad quæſtuandum ſubſequuntur, cum ipſe vel *d* in Communione generali, vel aliter Angelicum panem fidelibus diſtribuit, aut alio quocumquè modò dum fideles ad Sacram Communionem accedunt peluicula, vel vaſculo expoſito eleemoſynas videntur aucupari, ne auida cenſeri poſſit *e* liberaliſſimi Largitoris

d Conc.Prou.Med. 4. tit. de Sanct.Euch. Sacr. §. ne occaſione, & 7.apud Gauant.verbo Euchariſtia n.38.& 39.

e Clem.vnic.in prin.& §.ſeù verſ.& cũ tã copioſa de Relig. & ven.Sanct.

ris diſtributio, qui ſe ipſum tribuit in Cibum, & ne *a* impotentes ab eodem Dominico cibo proprio quodammodo rubore arceantur, in altero ex antecedentibus Synodis meritò damnatus omninò ab Eccleſijs abrogetur.

a Ad tex. in c. baptizandis 99 & c. placuit vt vnuſquiſquè 103. & ſeq. 1. quæſt. 1.

TIT. V.

De electione, & electi Poteſtate.

CAP. I.

ELectiones Officialium in Confraternitatibus, ſeù Congregationibus Laicorum ne potentiorum acclamationibus viua *b* voce vt dici ſolet fiant potius eorum arbitrio, quam libera, ac recta ſingulorum voluntate irritæ prorſus in poſterum cenſeantur, niſi per ſecreta ſuffragia occultè per calculos exprimenda eædem electiones celebrentur.

b Sac. Cong. apud Nicol. in Floſc. verb. Confraternitas n. 6. & apud Barboſ. deciſ. Apoſt. collect. 207. nu. 9 & apud Gauant. d. verb. Confraternitates nu. 10.

CAP. II.

AD Confraternitatum munera nequeant in poſterum aſſumi, vel in ijs confirmari, *c* qui anno immediatè præcedenti eadem prorſus adminiſtrarunt, & quæcumquè ipſorum electio, ſeù confirmatio, licet omnibus Confratrum ſuffragijs ad idem munus euocentur, irrita prorſus cenſeatur, niſi noſtro ſpeciali reſcripto, quod vrgentibus tantummodo iuſtiſſimis cauſis concedetur eadem confirmatio permittatur.

c l. nullus 1. & l. ſeq. & in vtraq; latè Gotofred. C. Theod. lib. 9. tit. 26. ad l. Iul. de ambit. ex quibus ſumpta eſt l. vnic. vbi latè gl. verb. audet C. Iuſti. eod. tit. gl. fin. in l. vn. ff. eod. tit. Cōc. Prou. Med. 7. vt communiter teſtantur Gauant. verb. Cōfraternitates nu. 14. Lezzan. in ſum. tom. 2 cap. 15. n. 31. verſ. 2. quod electione. Ricciul. in rubr. Eccleſ. lib. 4. cap. 5. n. 9. & ex mente Sac. Cong. Conc. Ric. in prax. par. 4. reſol. 323. n. 1. & ſeqq. & præſertim n. 3. verſ. pro qua opinione vſq; ad fin.

CAP. III.

COnfratrum Congregationes pro Officialium electione, vel pro ijs ſtatuendis, quæ Confraternitatum regimen concernunt *d* eas in ædes conuocentur, quæ ad id fuerunt deſti-

d Gloſ in c. 1. § quod ſi prætorium verb. fieri in Vrbe, diſt. 23. c. cū terra 14. verb. in quo,

Digitized by Google

deſtinatæ, niſi ex præſcripto noſtro, vel ad ambitus, vel ad diſcordantium tumultus compeſcendos, vel vt omnia melius peragantur *a* ad Noſtram præſentiam euocentur, ad quam tunc omnes ritè, ac de more vocati conuenire tenebuntur, *b* ijſquè non conuenientibus geſta per eos, qui coram Nobis ad rerum propoſitarum determinationem procedent firma erunt, ac rata, ac ſi omnium ſuffragijs comprobarentur.

CAP. IV.

Theſaurarij, alijquè omnes, quibus committitur adminiſtratio pecuniarum, ſeù rerum, & præſertim mobilium Confraternitatum, ſeù aliorum Piorum operum, aſſumi ad ea officia non poſſint, niſi, vel *c* notoriè diuities, facultates, vel ſuperiores, vel ſaltem pares pecunijs, ſeù rebus ſibi creditis poſſideant, eaſquè a debitis immunes, vel idoneam pro ijsdem rebus cautionem præſtent de fideliter exercendo, reddenda ratione, reliquiſquè ſoluendi; *d* eligentes verò tanquam nominatores iuxta Iuris diſpoſitionem in ſubſidium pro ijs teneantur.

CAP. V.

Ad notitiam Officialium piorum operum in in ipſa eorum electione, quatenus eidem interueniant, vel ſaltem in ſuſceptione demandati muneris ſedulò deducantur excommunicationes, & ab Apoſtolica Sede, & a Sac. Conc. Trid. *e* in eos promulgatæ, qui caritatis expertes ſua, & non aliena quærentes pecunijs, vel rebus ſibi creditis in proprium, vel aliorum commodum abutuntur, & contra *f* eos ad cæterorum exemplum, atquè præſeruationem ab eorum commercio, ac infectione cedulones affigantur.

& c.quod ſicut 28. verb.cōſtit. de elect.& c.qua fróte 25.verb. Canonic de appellat.

a Cap.quanto 10.diſt.63 gloſ. in d c.1.vbi ſupra, in fin. verſ. niſi ſubſit. cauſa diſtinc. 23. Conc.Prou.Med.5. tit.quæ ad ſcholas Confratr. &c. §. ne in vllo diſciplinatorum.&c.& teſtantur Gauant. verb. Confraternitates n.12.Lezzau.in ſum. tom 2.cap.15.n.31. verſ.primo ergo.

b c. cum nobis 19. vbi gloſ. verb.reuocare, & verb. alienos de elect & optimè Abbas in cap.cum omnes 6 n.3.de Conſtit. & Abb. in c.un Cauſis 39 n.9.de elect.ac alijs per Antonell. de loco legali lib. 1. cap. 17.nu.6.

c l. id ſubeunda 140.C.Theod.lib.12. tit.1. de Decur.vbi latè Gottofr. repet. in l.46.C. Iuſt.eod.tit.lib.10. Sac.Cong. apud Nicol. ciuil lib.3.tit.15. num.13.

d § & hoc cuſtodiri, ſeù cap. 6.& §. Ciuitatum ſeù cap.16. in fin. nouell. 128. ſeù auth.de Collat. l.p. C. de peric. nominat.lib 11. l. iuxta inueteratas 2.vbi latè Gloſ.1.& l. exactores 8.C.de ſuſcept.lib.10.l.fin. C. quo quiſq; ordin. conuen. lib. 11.

e Conc.Trid. ſeſſ.22.c.11.de refor.Paul.V.conſtit.82 quam extendi etiam in adminiſtratores Montium [illegible], declarauit. Sac.Cong. [illegible] apud Barb. [illegible] off. Epiſ. [illegible] 75 nu 64.in fin verſic. [illegible] occurrit.

f Riccius in prax.4.pa. reſol. 13.per tot.

CAP. VI.

NON tàm ad munera, quàm ad ſuffragia in Confraternitatibus, & alijs locis Pijs ſint omninò inhabiles, qui poſt elapſum propriæ adminiſtrationis annum, & tres alios menſes ab illius fine, a adminiſtrationis rationem, ac reliquatum non reddiderint, nec per reliquos ex fratribus nobis inconſultis, ſeù aliter iudicantibus poſſit eorum excuſatio admitti, quod non proprio, ſed alieno defectu eadem redditio fuerit protelata.

a Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 9. de ref. & Sac. Cong. apud Nicol. can. lib. 3. tit. 36. de Relig. dom. n. 7. limit. 3. verſ. vel niſi & verſ. & licet. l. vnic. C. Theod. lib. 14. ti. 23. de Patron. horreor. Portuen. l. cum Procuratores 4. C. de metal. ar. lib. 11 l. nominem 4. C. de ſuſcept. lib. 10.

CAP. VII.

IN electione Officialium, tàm Confraternitatum, quàm Montium frumentariorum ac aliorum Piorum operum Diœceſis, & in alia quacumquè eorum determinatione præſit ſemper locorum b Parochus, abſquè cuius præſentia irritum, & inane cenſeatur quicquid ab ipſis fuerit conſtitutum.

b Conc. Prou. Med. 5. tit. quæ ad ſcholas Confrat. & loca Pia pert. §. nec in vlla & apud Gauant verb. Confraternitates n. 12.

CAP. VIII.

OFficiales, qui ad diſtincta Confraternitatum, ſeù Piorum operum munera eliguntur nullo modo ſe c ingerant in ſuſceptione, ſeù retentione pecuniarum, quæ tantummodo eorumdem operum Theſaurarijs, aut alio quocumquè nomine ad id deſtinatis committi debent, nec Theſaurarij in demandati ſibi muneris, ac piorum operum detrimentum, niſi ex cauſis de Noſtra ſpeciali licentia, vel Vicarij Noſtri Generalis aliter fieri patiantur, & tàm ipſi Theſaurarij, quàm alij contrauenientes inhabiles æſtimentur ad officia, atquè ſuffragia, non tàm in ea, quàm in alijs omnibus Confraternitatibus, ac locis Pijs.

c l. in prouincijs 4. C. de numerat. lib. 12. l. quicumq; 2. vbi bene gloſ. final. C. de execut. & exact. eod. lib. necnon etiam l. duos 13. vbi parit. gloſ. final. C. de ſuſcept. lib. 10. & latè in l. conſueta dualia 23. poſt med. vbi gloſ. verb. officio ff. de teſtam. & optimè in c. 1. diſt. 89. & confert. Con. Trid. ſeſſ. 24. cap. 17. de refor. in princ.

TIT.

Digitized by Google

TIT. VI.

De ſupplenda negligentia Prælatorum, & Officialium.

CAP. I.

VIcarij Foranei ſedulò inuigilent, vt in Eccleſijs eorum regimini ſubiectis omnia de more iuxta Eccleſiaſticam diſciplinā adimpleantur, *a* & quatenus Parochi proprio muneri non ſatisfaciant, vel aliter deficiant ad Noſtram, *b* vel Noſtri Vicarij Generalis notitiam quanto citiùs deducant, vt Diuino cultui, & ſubditorum vtilitati opportunè prouideatur.

a S. Carolus in inſtruct. Vicar. For. inter acta Eccleſ. Mediol. par. 2. fol. 599. & ſeqq. in paru.

b Conc. Prou. Med. 1. par. 2. tit. de Vicarijs Foraneis, & Prou. 5. par. 3. tit. quæ ad Syno. Congregat. ad Cleric. & Viſitatim. §. quo diligentiùs, & ſeq.

CAP. II.

IN adminiſtratione rerum, ſeù pecuniarum, tàm Confraternitatum, quàm Montis Pietatis, nec non aliorum Montium, & operum Piorum, quatenus aliqui ex Officialibus malè verſentur alij Officiales, à quibus *c* ratione conſortij, vel connexionis munerum eorum geſta ignorari non poterunt, de ipſis nos commoneant, vt quam primum Confratribus conuocatis poſſint ſuper ijs opportuna decerni, alias *d* tam ipſi, quam alij Confratres, qui conniuendo cum direptoribus colludent ſedulò conſiderent ſe ab eorum culpa non immunes.

c Ad text. in c. paratus 2. 3. neque Paulus, vbi Gloſ. verb. neſcire 23. quæſt. 1. & in c. qui & Diuinis 24. vbi Gloſ. verb. ignorare 12. queſt. 2.

d c. qua propter 46. & ſeqq. 2. quæſt. 7. & c. 1. & ſeqq. 5. quæſt. 5.

TIT. VII.

De Temporibus Ordinationum; Qualitate Ordinandorum, & Scrutinio in Ordine faciendo.

CAP. I.

CVm quatuor anni temporibus ab Eccleſia deſignatis, quibus ſolemne ieiunium fuit inſtitutum, & Sabbatho ante Dominicam Paſſionis, nec non Sabbatho Sancto generales Ordinationes, quæ *a* de Ieiunis, & à Ieiunantibus in Eccleſia debent celebrari, vt multorum ſententia, ſeù Teſtimonium, *b* & præſertim Capituli, ac Clericorum Eccleſiæ Cathedralis iuxta Sacrorum Canonum, & præſertim Sac. Conc. Trid. præſcripta expeti poſſit *c* omnes tàm Dignitates, quam Canonici Epiſcopo ordinàti aſſiſtere de more teneantur, iiſquè diebus propterea Matutinum, & Laudes abſoluant eo tempore, quo reliquis diebus ſolent illud inchoare, vt poſtea immediatè ad ordinationem procedatur, & ipſi pſallentes, qui eiſdem temporibus ad diurnum penſum in Choro interuenire debebunt, ſi Laudes, vt ſupra non abſoluerint pro hac ſimplici mora conſuetæ punctationi ſubiaceant, & tàm ipſi, quàm reliqui omnes, qui Pontificem ordinantem deſeruerint, quamuis eo tempore ad Chori ſeruitium non teneantur ea punctatione mulctentur, qua ſolent affici cum ſolemnioribus diebus per integram diem Horis Canonicis non interſunt.

a c. reliqui 1. diſt. 67. c. quod die 6. diſt. 57.

b c. vt Epiſcopus 6. de Conſecr. diſt. 5.

c Conc. Cartag. 4. c. 22. de quo in c. Epiſcopus 6. diſt. 24. Gloſ. in c. reliqui Sacerdotes 1. verb. Sacerdotes diſt. 67. Pōtificale Rom. in ordinat. Presb. iuxta intelligentiam Trid. ſeſſ. 23. c. 4. de Sacr. Ord. & ſeſſ. 23. c. 8. de refor. Sac. Cong. apud Nicol. Canon. lib 1. tit. 22. n. 4. verſ. circa verò, & apud Barboſ. deciſ. Apoſt. collect. 5. 4. n. 13. & 14.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.

PRæſcriptis ab Eccleſia temporibus, quibus Ordinis Sacramentum miniſtratur Parochi, & præſertim ij, de quorum Parochia aliquī ad Ordines aſpirant, vt iniunctæ ſollicitudini, quemadmodum eos in Domino hortamur, charitatis feruore apprimè ſatisfaciant, non ſolum ſolemne ieiunium hac de cauſa inſtitutum denuncient, verum etiam vnuſquiſquè eorum in propria Eccleſia adſtāte fidelium multitudine Litanias recitent, vt Dei Sanctorumquè ope implorata, & nos in eorum delectu, quos ad Ordines admittemus, [a] Spiritus Sancti lumine illuſtremur, & ij omnes, quibus Ordines conferentur, vitæ ſanctitate, doctrina, atquè religioſis virtutibus proficiant.

[a] Conc. Prou. Med. 2. tit. 2. decr. 22. & alias apud Gauant. verb. oratio publica n. 24.

CAP. III.

CVm ab Ordinibus arceri debeant non ſolum defectibus, ac impedimentis irretiti, de quibus in Pontificali Romano, & in Synodis antecedentibus, verum etiam ij, quī ad hanc Cœleſtem Militiam non ſuſcepta [b] talari veſte, qua velut eius militari ſago indui debent, in eam aliena mente cupiunt adſcribi, quam vt in illius vigilent excubijs, eiuſquè potiora munera impigrè aſſequantur, reiciantur etiam ab examine qui prolixa coma, abſquè tonſura, & habitu indecenti, [c] ac pro Sacris præſertim Ordinibus ſufficientibus atteſtationibus non ſuffulti ad illud accedere non verentur.

[b] Conc. Prou. Med. 5. par. 3. tit. de initiandis Ordin. Sacr. §. cum quis.

[c] Conc. Prou. Med. 2. tit. 2. decr. 3. & præſertim 5. par. 3. tit. 2. de examinan rat col. 3. §. cum quis. De atteſt. quæ requir. de ord. exercitio Prou. Med. 5. par. 3. tit. 3. de initian. col. fin. §. Præfectus autem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

TIT. VIII.

De ætate, qualitate, & ordine præficiendorum, & ordinandorum.

CAP. I.

ANte quatuordecim annorum ætatem, qua tantummodo ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. *a* Eccleſiaſtica beneficia poſſunt obtineri nemo ad Ordines aſpiret, imò nec ad Eccleſiaſticam Tonſuram Parentum potius ſuggeſtione, quam proprio iudicio, quo *b* in cæteris actibus cenſentur expertes, niſi ex ipſorum indole præuio diligenti examine ſpes *c* probabilis effulgeat Cæleſtem hanc Militiam non eſſe deſerturos noſtro potius delectu, quam aliorum cupidine ad eam euocentur, vel aliter hac de cauſa inter Seminarij Clericos ſeligantur.

a Seſſ. 23 cap. 7. de refor.

b c. ex eo 32. de elect. in 6.

c Conc. Prou. Med. 4 par. 2. tit quæ pert. ad Sac. Ord. col. 2 §. ſæpe illud, & col. 4. §. Quoniam & ſeq. & col. 6. §. omnis, & ſeq. & 5. par. 3. tit. 2. de examinan. rat. col. 8. §. de ijs qui prima tonſura, & ſeq.

CAP. II.

PAtrimonia fictitia omninò reiciantur, & ad hoc vt facilius ea dignoſci poſſint tàm is, qui Patrimonium aſſignat, quàm is cui aſſignatur iure iurando affirment, bona, *d* quæ aſſignantur nullis hypothecis, aut obligationibus obnoxia verè, & realiter ad ordinandi vitam in eius dominium, ac poſſeſſionem transferri, nihilquè ineſſe fraudis ſeù doli, & nihil actum vel promiſſum, nihilquè acturos, aut promiſſuros, quominus ordinandi eiſdem bonis liberè frui poſſint.

d Conc. Prou. Med. 5. par. 3. tit. Ord. Sacr. §. & verò, & §. ſeq.

TIT.

TIT. IX.

De Sacra Vnctione.

CAP. I.

CVm Sacra Olea ſingulis annis debeant per Epiſcopos *a* renouari, Presbyteri, & alij Sacerdotes *b* veteribus in lampade ante Sanctiſſimum combuſtis, exuſtoquè in Sacriſtia goſſipio, ſeù bombacio, quod eis ad vſum quotidianum reſpergi ſolet, alio Chriſmate ad Baptiſmatis Sacramentum non vtantur, quam eo, quod eodem anno conſecratum eſt, niſi imminens mortis periculum ad illius celerem collationem aliud non ſuadeat.

a c. Presbyteri 4. diſt. 95. c. ſi quis 120. & ſeqq. de Conſecr. diſt. 4. Conc. Prou. Med. 4. par. 2. tit. 1. quæ ad Sacramentalia, &c. §. Parochus, & apud Gauant. verb. Olea Sacra n. 11. & ſeq.

b Conc. Prou. Med. 4. relat. tit. quæ pertinent ad Sacr. Baptiſ. §. Parochus. Sac. Cong. apud Barboſ deciſ. Apoſt. collect. 535. n. 5. & ad Conc. Trid. ſeſſ. 14. de Sacr. Vnct. cap. 1. nu. 6. & 12.

CAP. II.

ARmaria vbi Sacra Olea ſolent cuſtodiri *c* diſtinguantur à Tabernaculo, vbi Sanctiſſimum aſſeruatur, & interiori ligno contexta deterſis ſordibus, ſerico cooperiantur, ibiquè intra capſulas, ſeù thecas pariter ſerico ornatas, vel in vaſculis Argenteis, vel ſaltem Stamneis, *d* quorum nitor eorum religionem exprimat vigili cura, *e* ne ad nefaria, vel horribilia illuc temeraria manus extendi poſſit, ità ſub *f* claue debeant detineri, vt ea nec Clerico concredatur, nec in ijs, quæ ad quotidianum vſum deſeruiunt, præter goſſipium, quod propterea eiſdem Oleis perfundi ſolet aliud apponatur.

c Sac. Cong. apud Nicol. in Floſc. verb. Euchariſtia n. 20. verſ. nec in ea.

d Conc. Prou. Med. vt apud Gauant. pu. 4. & ſeq. nn. 17. & ſeq. ac n. 22.

f c. 1. de Cuſt. Euchariſt.

CAP. III.

VAſa, in quibus Sacra Olea in hac Cathedrali confici ſolent, & aſſeruari per Eccleſiæ Sacriſtam, ſub claue diligentiſſimè

cuſtodiantur, eaquè niſi de noſtra ſpeciali licentia nemini vnquam concredatur, & per ipſum tantummodo quoties opus erit eadem Nobis deferantur, & Parochis Diœceſis abſquè vlla mercedis ſpecie ità diſtribui debeant, vt ne quid modicum eorum occaſione recipiat, nec alijs ea conſignare poſſit, quam eiſdem Parochis, *a* vel alijs delatoribus, qui ſint in Sacris conſtituti, & intra capſulam, quam præter ipſum Sacriſtam, *b* & Parochum, cui deferri debent nemo poſſit aperire; Nomina verò eorum, quibus Sacra Olea *c* diſtribuentur, & qui ea deferent Sacriſta in peculiari libro diligenter deſcribat, eumdemquè ſtilum ſeruent Vicarij Foranei, qui Parochis ſibi ſubditis eadem pariter diſtribuent.

a d. cap. Presbyteri 4. & ibi Gloſ. in verb. per illum diſt. 95. & c. Presbyteri 123. & ſeq. de Conſecr. diſt. 4.

b Sac. Cong. apud Gauant. verb. Sacra Olea n. 4. & 5.

c Conc. Prou. Med. 2. tit. 2. decr. 9. Sac. Cong. apud Gauant. verbo Olea Sacra nu. 10. & apud Nicol. Can. lib. 1. tit. 55. de Sacr. Vnct. n. 3.

CAP. IV.

AD miniſtrandum extremæ Vnctionis Sacramentum Parochus per ſe ipſum dum *d* ægrotus adhuc integris eſt ſenſibus curet accedere, & quatenus legitimo detineatur impedimento, peritum piumquè ſubroget Sacerdotem, qui ægrotantis conſcientiæ, atquè æternæ illius ſaluti poſſit opportunè conſulere, Sacrumquè Oleum intra ſericum marſupium coloris violacei, quod ſerica vitta, ſeù cordula de *e* collo pendeat, talari veſte, ac ſuperpelliceo indutus piè, ac religioſè deferat, Clerico ſaltem ſimiliter induto ad ſibi miniſtrandum adhibito, & aſtantibus commonitis, vt pro ægro pias preces effundant; Quatenus ille dum inungitur ſpiritum emittat, ab *f* vnctione deſiſtat, ſi verò poſt ipſam adhuc polleat ſenſuū vſu, ea, qua maiori poterit efficacia excitet ad Cæleſtia, nihilquè prorſus omittat, quod ad æternam illius ſalutem conferre poſſit, domeſticoſquè moneat, vt ea, quæ ad temporalem etiam expediunt, miniſtrare non deſiſtant.

d Conc. Prou. Med. 1. par. 2. tit. quæ pert. ad extr. Vnct. adminiſt.

e Conc. Prou. Med. 4. par. 2. tit. quæ pert. ad extr. Vnct. & rel.

f Conc. Prou. Med. 3. tit. de ijs quæ pert. ad Sacr. Extrem. Vnct. & 5. par. 1. tit. ſi. quæ pert. ad Sac. Extr. Vnct. §. Æger, & ſeq.

TIT.

Digitized by Google

TIT. X.

De obligatis ad ratiocinia Ordinandis, vel non, ſeù aliter ab eorum adminiſtratione abſoluendis.

CAP. I.

OBligati ad ratiocinia *a* ante redditam rationem, per quam liquido appareant hac de cauſa litibus immunes, nec ea obnoxij paupertate, quæ ordinationi repugnet, iuxta Sac. Can. diſpoſitionē ab ordinibus arceantur.

a c. vnico de oblig. ad ratiocin. ord.

CAP. II.

OBligati ad ratiocinia, vt ab eorum adminiſtratione legitimè abſolui poſſint, pro reddendis rationibus teneantur in principio eorum libri ſpeculum, ſeù deſignationem præmittere omnium bonorum, ac iurium quoquo modo ſpectantium ad Loca Pia, quorum adminiſtrationem ſuſcepere, & poſtea diſtinguendo per peculiares eorum deſcriptiones *b* in diſtinctis folijs quælibet bona, ac Iura in eiſdem ſub pœna falſi ſpecialiter adnotare fructus ex ijs perceptos, ſeù exactos.

b c. charitatem 45. 12. quæſt. 2. l. cum ſeruus 81 ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi quis ex argentarijs 6. §. ration[illegible] ff. de ed[illegible] ad. Conc. Prou Med. 1 par. 2. tit. quæ pert. ad bo[illegible] & Iur. Eccleſ. conſeruat. adminiſtrat. &c & 4. §. vt Epiſcopi p. 3. tit. quæ ad pia loc pert. col 3. §. Libr[illegible]m item præcipuū, & ſeq. §. Epiſcopus autem.

TIT. XI.

De Clericis Peregrinis.

CAP. I.

CLerici Peregrini nec ad celebrationem Miſſarum, nec ad alias Eccleſiaſticas functio-

ctiones admittantur, niſi vltra litteras dimiſſorias Ordinariorum, quibus ſubiacent, moribus etiam, & habitu ſe promotos demonſtrent ad eam, *a* quam ſibi aſſerunt Ordinis dignitatem; & quatenus exteræ nationis, niſi litteras deferant iuxta Cõſtitutiones Apoſtolicas *b* à Nuncijs, & Collectoribus illarum partium Romæ in Officio Eminentiſſimi Cardinalis Vicarij recognitas, vt de ipſis nequeat dubitari: & hoc decretum etiam in *c* Eccleſijs Regularium adamuſſim obſeruetur.

a c.1.de Cleric.Pereg.Conc.Prou.Med. 3. tit. quæ pert. ad Miſſæ Sacrif. §.quod primo.

b Vrbanus VIII. conſt.33.§.3.tom.4. fol.295.

c Conc.Prou.Med.3.tit.de ijs quæ pert.ad Miſſæ,&c.§.quod primo. Sac. Cong. apud Barboſ.in Sum. deciſ. Apoſt. collect.474.n.18.

TIT. XII.

De Officio Sacriſtæ, Cuſtodis, atquè Punctatoris.

CAP. I.

IN qualibet Eccleſia Sacriſta, vel alter quicumquè qui ſiue in propria, ſiue in aliena Eccleſia Sacriſtiæ curam gerit *d* Librum cuſtodiat, vbi qualibet die per Sacerdotes celebrantes in onerum ſatisfactionem celebratio proprio eorum charactere deſcribatur, & emolumenta non celebrantibus debita poſt diei moram *e* alijs tribuat Sacerdotibus, qui negligentium obligationibus ſatisfaciant.

d Sac.Congreg. apud Nicol. Can.lib.1. tit.26. de off. Sacr. n. 4.

e Conc.Prou.Med.4. tit.quæ pert. ad Miſſæ Sacrif. col. 5. verſ.Anno autem, &c.

CAP. II.

IN Sacriſtia Cathedralis, & in alia etiam Collegiatæ Aquaſpartæ curent Sacriſtæ eis præpoſiti, vt aqua benedicta, quæ in alijs Eccleſijs per eorum Rectores debet *f* renouari ſingulis hebdomadis, vel etiam ſæpius ſi opus fuerit vel per eos, vel per alios renouetur, Altaria, & alia omnia præcipuè feſtis diebus decenter ornentur, congruo *g* tempore

pro

f Conc.Prou.Med.3. tit.quæ ad Sacramentalia §. ſingulis diebus Dominicis.

g Conc. Prou.Med.1. par.2. tit.de off.Sacr.

Digitized by Google

pro Horis Canonicis, atquè Miſſis Campanæ de more pulſari debeant, & tres tabellæ perpetuò affixæ conſpiciantur, in quorum prima Miſſæ, Officia, & alia quæcumquè, quæ vel ex munere, vel ex impoſito onere debent in eiſdem Eccleſijs celebrari, ſeù aliter ſatisfieri diſtinctè legantur expreſſa, *a* in altera cuiuſquè dignitatis, Canonicatus, Præbendæ Altaris, ſeù alterius Beneficij, & officij munia debito ordine deſcribantur, & deniquè in alia quid à ſingulis dignitatibus, Canonicis, vel Cappellanis ſingulis horis per hebdomadam, aut etiam per plures dies recitandum, aut cantandum ſit, & quo tempore, ac ordine Miſſæ debeant celebrari diligenter præſcribatur, & ne omnes Miſſæ confeſtim pro cuiuſlibet celebrantis voluntate, *b* ſed ſucceſſiuè, vt facilius à populo poſſint audiri, diſtinctis horis celebrentur.

a d. Conc. Prou. Med. 1. vbi ſupra §. habeat, & 4. par. 2. tit. de diſtribut. col. 5. §. cū, & tridentinis, ac ſeqq.

b Conc. Prou. Med. 1. par. 2. tit. quæ pertin. ad celebr. Miſſ. col. 2. §. in Eccleſijs vbi plures Miſſæ, & 4. par. 2. tit. quæ pert. ad SS. Miſſæ Sacrif. col. 4. §. ſi verò plures.

CAP. III.

AB iiſdē Sacriſtijs, vt ſermones de inanibus profaniſquè rebus, *c* & præcipuè iurgia, rixæ, & turbæ omnes arceantur, caueant Sacriſtæ, ne in ijs Laici ad colloquia, vel aliter abſquè neceſſitate verſentur.

c Conc. Prou. Med. 1. d. tit. de Off. Sacr. §. Laicos, & 4. tit. de Sacriſtia §. in Sacriſtia.

CAP. IV.

VAſa, Cruces, Candelabra, Aulea, Periſtromata, & alia cuiuſlibet Sacræ *d* Supellectilis, Sacrarum Veſtium, & ornamentorum genera Eccleſiæ, aut Sacriſtiæ quæ Diuino Cultui addicta nullo modo ad *e* profanos vſus debent adhiberi, vt ab eiſdem vſibus, & à quolibet extraneo laicorum contactu præſeruentur, perpetuò in armario, ac veſtiario ſub claue cuſtodiantur, nec ab illis extrahi poſſint niſi ad vſum earumdem Eccleſiarum.

d Conc. Prou. Med. 4. tit. de Sacriſtia in fin.

e Conc. Prou. Med. 1. par. 2. tit. de Eccleſ. & earum cultu §. nemo, & 2. tit. 2 decr. 19. & 5. par. 3. tit. de Eccleſ. §. vt in omni.

Digitized by Google

CAP. V.

SAcriſtæ tàm Cathedralis, quàm prædictæ Collegiatæ, quos in Punctatores eligimus, iuramentum in manibus noſtris de more præſtare teneantur, quod benè, ac fideliter iniunctis muneribus ſatisfacient, nec propterea, dum Horæ Canonicæ, Officia, atquè Miſſæ recitantur ab eiſdē Eccleſijs *a* abeſſe poſſint, niſi ex neceſſitate, ac de illius licentia, qui Choro præſidet, quatenus tantummodò pro aliquibus Horis, aut de Noſtra, vel ſaltem Vicarij Generalis, & in dicta Terra Aquaſpartæ Vicarij Foranei ſi pro longiori tempore (altero ſubrogato) qui abſentis vices eadem ſuppleat fidelitate.

a Conc. Prou. Med. 1. tit. de Off. Punct.

CAP. VI.

SAcriſtiæ Parrochialium Eccleſiarum *b* inſtruantur omni neceſſaria Supellectile iuxta Eccleſiæ ritum pro temporum diuerſitate, & vbi eorum redditus ſunt adeò tenues, vt pro ijs non ſufficiant, agant Parochi in ſubſidium aduerſus laicos ſibi ſubditos, vt ad id contribuere teneantur.

b Sac. Cōg. apud Nicol. Can. lib. 1. tit. 26. de Off. Sacr. n. 6.

CAP. VII.

ECcleſiarum ornatus, earumquè Supellectiles, quæ vt ſupra Laicis ad profanos vſus permitti non debent, nec etiam ad *c* inuicem ab Eccleſijs tam Virorum, quàm Monialium poſſint commodari, niſi de ſpeciali Noſtra licentia in ſcriptis, aut Vicarij Noſtri Generalis, & in Diœceſi Vicarij Foranei.

c Conc. Prou. Med. 1. par. 2. tit. de Eccl. & earum cultu, & 3. tit. 1. decr. 19.

TIT.

TIT. XIII.

De Officio Vicarij.

CAP. I.

VIcarius Noſter Generalis quoad ea, in quibus ex diſpoſitione peculiarium ſtatutorum *a* quarumdam Confraternitatum, ſeù Piorum Operum abſquè Noſtra ſpeciali delegatione nequit ſe ingerere, in abſentia Noſtra huius decreti virtute cenſeatur ſpecialiter delegatus, niſi per tempus ſufficiens ad obtinendam delegationem in ſpecie, vel ad noſtram voluntatem exquirendam, ea quæ in poſterum agenda erunt per ipſos Confratres, & Piorum Locorum adminiſtratores ad ipſius notitiam deducantur.

a l. 1. vbi Gloſ. verb. proficiſcatur ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. Confert Conc. Prou. Med. 3. tit. quæ generatim ad hæc dec. & alia pert. §. Quamcumquè facultatem.

CAP. II.

IDem Vicarius Generalis nullo modo permittat per *b* Impreſſores, vel per eos, qui artem Librariam exercent, aut aliter libros venales exponunt, eoſdem libros imprimi, niſi de more recognoſcantur, vel aliter diſtrahi, aut in publicum deduci, niſi permiſſionis loco index illorum cum diſtincta omnium deſcriptione ſubſcribatur ab ipſo, vel altero ex ijs, qui Librorum Cenſores conſtituentur.

b Conc. Prou. Med. 3. tit. quæ ad fidei tuendæ ſtud. pert. col. 3 §. Pernicioſorũ, & falſorum librorum, & ſeq

CAP. III.

VIcarius Generalis in Ciuitate, & in Diœceſi Vicarij Foranei ſedulò *c* inuigilent, vt ab omnibus huius Synodi decreta poſt duos menſes ab ipſorum publicatione adamuſſim obſeruentur.

c Conc. Prou. Med. 2. tit. 3. ſiue quę generatim ad decr. pert. decr. 1.

TIT.

Digitized by Google

TIT. XIV.

De Maioritate, & obedientia.

CAP. I.

a Conc. Prou. Med. 1. tit. 2. decr. 12. & 13. & 3. tit. de ijs, quæ ad Diuina Officia pertinent.

b Sac. Rit. Cong. apud Barboſ. decil. Apoſt. collect. 88. nu. 2. & ſeqq. & collect. 459. n. 1.

CEremonialis *a* Epiſcoporum Sac. Rituum Congregationis Anteceſſorumquè Decreta, laudabileſquè conſuetudines, ac ritus, qui hucuſquè in materia *b* præeminentiarum, & Eccleſiaſticarum functionum fuerunt legitimè obſeruati ad præſcriptum Ceremoniarum Magiſtri, qui eorum limites tranſgredi non poterit, ne quilibet ad libitum ſibi regulas conſtituat, etiam in poſterum obſeruentur.

TIT. XV.

De Ferijs, & Feſtorum obſeruatione.

CAP. I.

c Synod. Illuſtriſſ. D. Bich. tit. 9. à §. 1. ad 8.

EDicta, tàm per Noſtros *c* Anteceſſores, quam per Nos edita pro Feſtorum obſeruatione adamuſſim obſeruentur.

TIT. XVI.

De ſequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum.

CAP. I.

VT Eccleſiæ, quæ indigent reparatione congruè reparentur, & vaſis Sacris Sacra-

Digitized by Google

craquè Supellectile; ac neceſſarijs ornamentis prouideantur, *a* Parochi tanquam ſpecialiter per Nos delegati aduerſus Beneficiatos, quorum Beneficia intra eorum limites exiſtentia prædictis egere comperient præuia competenti dilatione, quam illicò poſt regreſſum ad propriâ ad hunc effectum eiſdem beneficiatis curabunt aſſignari, ad fructuum ſequeſtrationem procedent; & aduerſus Parochos Vicarij Foranei, contra quos omnes quatenus hoc decretum exequi procraſtinent Vicarius Generalis, at pro damnis, quæ propter dilatam reparationem eorum negligentia Eccleſiæ poterunt ſubſtinere, ipſi etiam de proprio teneantur, & propter inobedientiæ labem pro culpæ modo correctioni ſubiaceant.

a Sac. Cong. apud Nicol. can. lib. 5. tit. 39. de ſent. excom. num. 117. §. 7. pro reſtauratione, & ſupra lib. 1. tit. 26. de off. Sacriſtæ n. 6.

T I T. X V I I.

De fide Inſtrumentorum.

C A P. I.

ANteceſſorum decreta laudabiles conſuetudines, atquè priuilegia fauore *b* Archiuij Eccleſiaſtici, & in beneficium Eccleſiarum, atquè Eccleſiaſticorum pro maiori conſeruatione, atquè notitia Inſtrumentorum, & Scripturarum plenè, ac inuiolabiliter ab omnibus obſeruentur.

b Conc. Prou. Med. 1. par. 3. tit. de Pior. loc. adminiſtr. §. pœnam 3. tit. de ijs quæ ad Epiſc. for. pert. § Certus & ſeqq. & 5. par. 3. tit. de Cancell. & Not. Synod. Illuſtriſſ. D. Bich. tit. 30. §. 12.

T I T. X V I I I.

De vita, & honeſtate Clericorũ, ac morum reformatione.

C A P. I.

CVm arma *c* Clericorum eſſe tantummodò debeant orationes, & lacrymæ, Clerici,

c c. conuenior 21. §. quid ergo turbamini 23. quæſt. 8. Conc. Med. 1. p. 2. tit. de armis ind. &c.

rici, & maximè Sacerdotes, qui ab omni *a* armorum vſu quocumquè tempore continere ſe debent, ab ijſdem præſertim *b* abſtineant, dum ad Officia, ſeù Feſtorum celebritates in Diœceſi viciſſim conuocantur, ne dum properant ad Eccleſias, & ad præcipua *c* Sacerdotis munia, quibus potiſſimum veluti Euangelicis retibus *d* fidelium animas debent expiſcari, reprobi *e* venatores aſpiciantur.

CAP. II.

IN conuiuijs, quæ in feſtorum celebritatibus, & dum officia celebrantur ſolent pro Clericis ordinari, *f* ijdem memores Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac illius modeſtiæ, quæ ſecundum Apoſtolum nota debet eſſe omnibus hominibus *g* ſobrietate, ac morum grauitate, laicis etiam ipſis inſeruientibus exemplum *h* præbeant quomodò inter epulas ſe debeant continere, & præſertim omninò ſe abſtineant *i* à iocis, *K* ſcurrilitatibus, *l* conuicijs, deriſionibus, obſcænis *m* verbis, cantionibus *n*, ſonis, atquè *o* tripudijs, alijſquè omnibus, quæ potius rodolent mimicam *p* leuitatem, quam priſtinum decus Eccleſiaſticæ ſeueritatis.

CAP. III.

ABſtineant ſimiliter Clerici ab omni Sæculari *q* ornatu, & indumento, & interiorem veſtis contextum in illius ſummitate, *r* ſeù limbo, ac ea, quæ ſub veſte interiora deferunt thoracem ſcilicet, & femoralia, caligas, calceos, eorumquè corrigias, *ſ* fibulas, ſeù ligulas cuiuſcumquè generis caueant, vt nigra ſint, *t* vel ſaltem obſcuri coloris, nec ſæcularium *u* more tænijs interſtincta, vel vittis, aut effuſis manicis, *x* vt ex interiori induſio ſcurrili leuitate carbaſum proferant, & in geſtu, inceſſu, loquela, ac in alijs omnibus probent

a c. quicumq; 5. ijſd. q. & cauſ. c. 2. de vit. & hone. Cler. Clem. 1. §. fin. verſ. vel arma portātes eod. tit. de vit. & honeſt. Cler.
b Clem. graui de celebr. miſ.
c ad tex. in c. fin. diſt. 36.
d Mat. 4. 19.
e c. qui venatorib. & ſeqq. diſt. 86. & tot. tit. de Cleric. Ven.
f c. conuiuia 6. & præſertim ſeq. c. nullus 7. ac ſeq. diſt. 44.
g c. à crapula 14. de vit. & honeſt. cler.
h c his igitur 3. diſt. 23.
i c. Presbyteri 9. diſt. 34 c. 1. ne Cler. vel Monac.
K c. Clericum 6. diſt. 46.
l dd. c. his igitur 3. diſt. 23. c. conuiuia 6. & ſeqq. diſt. 44.
m d. c. nullus & ſeqq. diſt. 44.
n Clem. 1. de celebr. miſſ.
o Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de ref. Prou. Colon. de anno 1536. p. 2. c. 24. Med. 1. p. 2. tit. de armis, & c §. non in comm eſſationibus, & 2. p. 1. tit. 2. decr. 33.
p c. omnis iactantia 1. verſ à priſcis enim vſq; tēporibus 21. qu. 4. deſumpt. ex can. 16. Cōc. 7. vbi Lupus tom 2. fol. 1145.
q c. 1. vbi gl. verb ornamentū. ne cler. vel mon clem. 2. de vit. & hon. Cler. Clem. 1. de celeb. miſ. Conc. Trid. ſeſſ 24. c. 6 de ref. & ſeſſ. 22. c. 1. decr & Pro. Med. 1. par. 2. tit. de Cler. veſt.
r c. omnis iactantia in fin. vbi de var. color. veſt. & c. fin. 21. qu. 4. & Clem. 1 de celeb. miſſ.
ſ d. c. omnis iactantia & Clē. 1. de celeb. miſſ. & c. Clerici 15 de vit. & honeſt. Cler.
t d. clem. 2. de vi. & ho. Cler. & 1 de celeb miſ. & Cōc Prou. Senon. de anno 1528. in decr. mor. c. 23. & 24.
u vt ſupra lit. *q* & infr. lit. *x* d. Conc. Colon. p. 3. c 8.
x c. Clerici 15. de vit. & hon. cler. § pannus vbi gl. verb non notandam, & verb. deauratus.

Digitized by Google

bent in ſortem *a* Domini ſe vocatos, & vita, ac moribus ſeniores.

a c. Cleros 1. in princ. & §. Presbyter diſt. 21.

CAP. IV.

INter cætera Clericis indecora ea potiſſimum leuitas damnari ſolet, quæ *b* coma prolixa, atquè cirratis crinibus in omnium offenſionem, omnium oculis exponitur. Caueant itaquè omnes Clerici, ne alienos capillos ad ceſariem componendam aſſumant, neuè proprios ità ſummittant, vt eorum extremitatibus *c* imas aures excedant, aut in poſtica capitis parte ad cæſitium extendantur; & ità tonſi ſemper exiſtant, vt Clericali *d* corona, qua præſertim debent gloriari, decori conſpiciantur.

b §. Clerici & ſeq. c. prohibete 21. ac duobus ſeqq. & c. non liceat 32. diſt. 23.

c d. c. non liceat 32. diſt. 23. glo. in c. Clericus. il primo in ordine 5. de vit. & hon. cler.

d c. duo ſunt 7. verſ. Hi namq; 12. q. 1 glo. in Clem. 2. verſ. & tonſurâ verſ. Circa hoc ſciendum de vit. & hon. cler. Conc. Med. 1. par. 2 tit. de Cleric. veſtit. & 4. par. 3. tit. monition. cel. § S. Coronam, &c.

CAP. V.

VEſtem talarem, *e* & maximè in Ciuitate deferant Clerici, & præcipuè Sacerdotes; qui in ea, & in Eccleſijs *f* parùm ab ea diſtantibus tàm Sæcularium, quàm Regularium abſquè veſte ſaltem aſcititia, quæ talos pertingat, inhabiles ad celebrandum exiſtant; adeòut per aſſumptionem Sacerdotalis celebrantium indumenti, antequam vt ſuprà talari cingantur, tàm ipſi, quàm Sacriſtæ id permittentes illicò ſuſpenſi reddantur à Miſſarum celebratione, donec à Nobis abſolutionem obtineant.

e c. nullus 2. & ſeq. 21. q. 4. d. c. non liceat 32. in fin. diſt. 23. Conc. Prou. Senon. de anno 1582. in decr. mor. cap. 24.

f Conc. Prou. Colon. de anno 1536. par. 3. cap. 8. Conc. Prou. Med. par. 2. tit. de Cleric. veſtit. verſ. externa veſtis ea præſertim ſit quando, & quomodo ad diuina officia conuenien. &c. verſ. quo loco.

CAP. VI.

ABſtineant Clerici, & præſertim in Sacris conſtituti ab omni publico Sæcularium *g* ludo; & memores propriæ ſortis, atquè dignitatis maximè vereantur, ne ipſi ad aliorum exemplum ſupra *h* candelabrum conſtituti, in eorum offenſionem ab ipſis Sæcularibus

g c. Epiſcopus 1. & ibi latè gloſ. 1. diſt. 35. c. Clerici 15. de vit. & hon. Cler. Conc. Trid. ſeſſ. 14. de refor. cap. 6. & ſeſſ. 22. c. 11.

h Matth. 5. 15.

adipici poſſint ludis *a* indulgentes; qui eis propterea in publico, quamuis ſimplicis exercitationis, & ad animi leuamentum *b* ante profanos oculos omninò prohibentur: vt abſquè diſtinctione, tàm in publico, quam in priuato interdicũtur ij, qui laicis etiã per ciuiles, *c* leges, & ipſis præ cæteris per *d* Sac. Canones vetiti depræhenduntur.

CAP. VII.

DEcet, vt ſub Pontifice equidem Sanctiſſimo, & in regionibus præſertim, quæ duplici eius parent imperio, publicæ, atquè procaciores præ cæteris laſciuientium arceantur illecebræ, quæ maximè repugnant caſtitati, quam exigit paterna eius ſollicitudo pro verè aurea noſtrorum temporum fœlicitate. *e* Quamobrem ne fidelium animæ, quas Vnigenitus Dei Filius pretioſo Sanguine redemit, ab antiquo hoſte ijs facilius irretiantur laqueis, quibus à lubricæ ætatis *f* annis ſolent homines implicari, Mimicas, ſeù hiſtrionicas veſtes, quibus perſonati, veluti Dei effigiem in ſe ipſis deſpicientes, *g* æthereos vultus, & ingenitum pudorem non abſquè eiuſdem authoris abominatione videntur execrari, & omnia prorſus virilia *h* indumenta meretricibus, quæ effrenata licentia ad irritamenta libidinum ijs potiſſimum abutuntur, earumquè Lenis, & Ancillis ſpecialiter prohibentes, tàm ipſas, quam omnes alios vtriſquè ſexus, qui vnà cum ipſis incedent perſonati, vel diuerſi ſexus *i* veſtes aſſument, ad exemplum edictorum, ſeù ſanctionum, quæ in Vrbe ſeruantur, quas præcipuè conuenit *K* imitari, condignis pœnis decernimus cohiberi.

TIT.

a c.1. & c.finale Clerici, vel Monachi.

b l.certiſſimè credimus 34. §. hæc igitur, & §. & ſancimus 3. C. de Episc.aud. ſecundũ interpretationem Contij auth. interdicimus C. de Episc. & cler. & in corpore vnde ſumitur nouell. ſcilicet 123. c. 10. Conc. Prou. Senon. de anno 1528. in decr. mor. cap. 25. verſ. neq; in publico, & Prou. Med. 1. par. 2. tit. de armis, &c. §. prohibemus & ſeqq.

c tot. tit. ff. de ale. luſ. & l. fin. C. de relig. & ſumpt. fun. & ale. luſ. & aleat. *d* l. certiſſime credimus 34. §. hæc igitur, & §. & ſancimus 3. C. de Episc. aud. & aliis præcitatis.

d vt ex canonibus Apoſt. 41. & 42. deſumitur tex. in d. c. Epiſcopus 1. diſt. 35. in c. clerici 15. §. ad aleas de vit. & hon. cler. & in c. inter dilecta 11. de exceſſ. Prælator. & cap. 50. Synod. apud Trull. vbi late Lup. tom. 2. fol. 947. & ſeq.

e ad text. in l. caſtitati 9. C. ad leg. Iul. de adult.

f c. omnis 1. 22. quæſt. 1. Côc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. de ref. in princ.

g S. Carolus act. part. 3. in eius lib. memor. par. 2. cap. 7. in paruis tom. 3. fol. 65. col. 2.

h Deuter c. 22. 5. Syn. Trull. c. 16. vbi latè Lupus tom 2 fol. 975. Sac. Cong. apud Grauant. verbo perſonæ infames n. 8. de qua etiam licet non plena fiat mentio per Ricciull de perſon. in ſtatu reprob. lib. 6. de perſonat. c. 5. in fin.

i Ex Conc. Gangr. c. ſi quæ mulier 6. diſt. 30. Synod Trull. d. c. 62. vbi late Lupus tom. 2. fol. 975.

K §. fin. in fin. Inſtit. de ſatiſdat.

Digitized by Google

TIT. XIX.

De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum.

CAP. I.

COntineant omninò ſe Clerici, vt tenentur, à vetita mulierum *a* cohabitatione; neque putent alias ſibi Ancillas permitti, quàm eas tantummodò, quæ tempore inchoati ſeruitij *b* annum quinquageſimum iàm attigerant.

a Cōc. Nicen. 1. vbi latè Lupus c. 3. vnde text. in c. interdixit 16. diſt. 32. can. clericus 20. & ſeqq. diſt. 81. cap. 1. vbi gloſ. & fere per tot. tit. de cohabit. Cler. & Mul.

b l. eū qui 19. vbi latè Gotfr. verbo extranearum C. de Epiſ. & Cler. Nouell. 123. de Sanct. Epiſc. cap. 29. Sac. Cong. apud Barboſ. collect. 154. n. 19. & de off. Paroch. par. 1. cap. 6. n. 10.

TIT. XX.

De Clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel Præbenda.

CAP. I.

PArochi iuxta decreta alterius ex antecedētibus Synodis reſideant omninò in ædibus Parochialibus, *c* nec ob earum anguſtiam excuſentur, præcipuè ſi alias non habitent Eccleſiæ proximas, vel ſaltem intra illius fines; & qui Domos Parochiales non habent, ſatagant *d* eas per annum, vel ædificare, vel acquirere, & quatenus ob reddituum tenuitatem per ſe ipſos non poſſint, per contributionem *e* Parochianorum, ad eorum inſtantiam à Nobis indicendam, quam beneuolè ab ijs exigere curabunt.

c Conc. Prou. Med. 1. p. 2. tit. de Cleric. ædib. propè fin. Prou. Me. 3. tit. de Parochijs §. ſi quis Parochus etiam vrbanus, & Prou. Med. 4 § 2. tit. de Paroch. & Paroch. Iurib. & officijs.

d Sac. Cong. apud Nicol. can. lib. 3. tit. 4. de Cleric. non reſid. num. 11.

e Conc. Prou. Med. 4. vbi ſupra §. Epiſcopus vero. Sacr. Cong apud Nicol. can. lib. 1. tit. 22. de off. Arch. n. 7. in fin. verſ. ſed pro maiori, & d. lib. 3. tit. 4. n. 11. verſ. debeant.

CAP. II.

BEneficiati, qui ea obtinent beneficia, pro quorum ſeruitio ex fundationis præſcri-

Digitized by Google

pto teneantur *a* ad reſidentiam, & ad ſatisfaciendum Miſſarum celebrationi, vel alio muneri per *b* ſe ipſos intrà reſidentiæ limites omninò ſe contineant, & propria munia ſeduló exequantur; & negligentes pro pigritiæ culpa per Parochum, a quo, vel à Sacriſta in peculiari libro erit deſcribenda, ſubtractis emolumentis, iiſquè, vt ſupra in Cap. 1. de Off. Sacriſtæ, alijs attributis, ad præciſam iniuncti oneris ſatisfactionem compellantur.

a Sac. Cong. in Collen. Cappellaniarum 21. Maij 1672.

b late diſtinguit Rot. deciſ 825. coram Meriin. in Mediolanen. Cappellaniarum 2. Decemb. 1665. coram Eminentiſſ. Carpineo, & in Vrbeuetana Iuriſpatron. 10. Decemb. 1670. R.P.D. Calauiu.

TIT. XXI.

De Præbendis, & Dignitatibus.

CAP. I.

OMnes, qui ad Chorum tenentur, talari *c* veſte, Dignitates verò, & Canonici huius Cathedralis etiam habitu Prælatitio, quo decorantur, ad Diuinam pſalmodiam ſe conferant; nequè cum Miſſa Conuentualis, *d* eoquè minus dum Pontificalis celebratur, ad alias celebrandas, vel ad alia munia, quæ ad eorum ſpeciale miniſterium non pertinent, imò nequè *e* ad Confeſſiones audiendas, excepto Canonico Pœnitentiario, qui ad id ex munere tenetur, poſſint Chorum deſerere; atquè proindè deſerentes eidem *f* punctationi ſubiaceant, ac ſi nequaquam Horæ interfuiſſent.

c c. dolentes 9. de celebr. miſ. Clem. graui 1. de celebr. miſ. Conc. Prou Senon. de anno 1528. in decret. mor. cap 18. verſ Horas autem canonicas.

d Conc Prou. Colon. de anno 1536. par. 3 cap. 8. Conc. Prou. Med. 4. par. 2. tit. quæ pertinent ad S. miſſ. ſacrific. diuin off. col. 245. Dignitatem obtinẽtes. Sac. Cõg. apud Barboſ. collect. 97. n. 3. & 5. ac collect. 98. nu. 6. & 7.

e Sac Cong. apud Barboſ. in ſum. deciſ. Apoſt. collect 96. n. 5. & 6. & collect. 58. num. 21. & ſeqq.

f Conc. Med. 4. par. 2. tit de diſtribut. col. 48. Quicumquè.

TIT.

TIT. XXII.

De rebus Eccleſiæ alienandis, vel non, & eorum adminiſtratione.

CAP. I.

CVm Eccleſiarum, Piorumquè locorum bona, quæ Chriſti *a* patrimonium, omnes, qui beneficia aſſequuntur, quiquè eorum adminiſtrationem ſuſcipiunt, iureiurando promittant, non tàm accuratè cuſtodire, quam etiam ab vſurpatoribus vindicare; curent omnes, tam beneficiati, quàm adminiſtratores ad maiorem eorumdem bonorum cuſtodiam, intra quinquè menſes poſt huius Synodi publicationem, de omnibus bonis eorum regimini, & adminiſtrationi commiſſis, ne dum innentarium in Cancellaria exhibere, amplamquè eorum deſcriptionem cum deſignatione *b* Confinium, & arborum, tam earum ſcilicet, quæ tempore adeptionis, vel inchoati miniſterij iam eiſdem bonis inhæſerant, quàm, & earum præcipuè, quæ additæ fuere ab ipſis adminiſtratoribus, ſeù beneficiatis, qui ex præſcripto alterius ex antecedentibus Synodis ad id ſpecialiter tenentur; verum etiam aliquam ſaltem craſſam eorumdem bonorum delineationem, ac typum, & hæc omnia ſingulis decennijs renouare, ne ob laterum mutationes temporis progreſſu eorum memoria dilabatur.

a c. cum ſecundã 16. de præb. & dign. & c. cum ex eo 34. & Nos ſuper hoc vbi gloſ. verb. Chriſti patrimonio de elect. in 6.

b Conc. Med. Prou. 1 p. 3. tit. quæ pert. ad bon. & Iur. Eccl. admin. §. vt Epiſcopi, & ſeqq.

CAP. II.

VSurpantes, ſeu quoquo modo diripientes, occupantes, *c* vel iniuſtè detinentes,

c c. quia ſæpè 40. de elect. in 6 c. Saluator 8 §. quiſquis igit. 1. q. 3. c. antiquos 4. & ſeqq. & can. de viro uetando 17. & ſeqq. 12. quæſt. 2.

Digitized by Google

tes, aut conuertentes in alios vſus Eccleſiarum, ſeù Locorum Piorum bona, tam directa, quàm vtilia, vel aliter iura, iuriſdictiones, obuentiones, & fructus, ad cœterorum exemplum publicè declarentur *a* irretiti cenſuris, quas per Sac. Can. Conſt. Apoſtolicas, atquè per Sac. Conc. Trid. in eos indicuntur, aliiſquè pœnis, quibus de iure affici poſſunt, omninò corripiantur.

a Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. de refor.

CAP. III.

PEcuniæ, non tàm ad beneficia, quàm ad Pia loca quomodolibet ſpectantes, vt tutò in eorum beneficium erogentur, non aliter de ijs ineantur contractus, quam præuio *b* noſtro ſpeciali reſcripto, & iuxta illius tenorem; vt tàm quoad ipſos contrahentes, & bona, quàm etiam quoad pacta Eccleſiarum *c* vtilitas ſedulò procuretur.

b Ad tex. in c. videntes 16. §. ipſæ verò res, & in c. Epiſcopus 23. ac ſeq 12 quæſt 1. c. placuit 51. & ſeq. 12. quæſt. 2. c. in venditionibus 33. ibi gloſ. 1. 17. q. 4. gloſ. in extrauagan. ſi fratrum vnica, §. nos volentes verbo, proſpicere: Io: 22. ne ſed. vac.

c Bene tex. in auth hoc Ius porrectum, & in alijs inſimul congeſtis in c. ea enim 2. ſeù c. Hoc Ius porrectum 3. & præſertim § ſicut autē 10. 9 2. optime Rot. dec. 29 n. 3. & 4. par. 13. r. c.

CAP. IV.

ADminiſtratores quorumcumquè piorum operum, expleto eorū adminiſtrationis anno, quamuis in ea legitimè confirmarentur, omninò teneantur anteactæ adminiſtrationis *d* rationes reddere, non tam coram alijs, quibus ex tenore fundationis reddi debent, quàm etiam coram Vicario *e* Noſtro Generali, vel de ipſius mandato, coram altero ab eo deſignando ex computorum præfectis, & in Diœceſi coram Parocho *f* eius loci, vbi eadem Pia Loca adminiſtrantur.

d Clem. quia contingit 2. §. vt autē de relig. dom. Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 9 de refor. Sac. Cong. apud Nicol. can. lib. 3. tit 36. de Relig. domib. n 7. limit 3. verſ. & licet.

e Conc. Prou. Colon. de anno 1549. tit. fin. de cenſ. & decret. pro abuſ. emend. dec. 12.

f Conc. Prou. Med. 4. par. 3. tit quæ ad pia loca pertin. col. 3 § Epiſcopus vero, &c.

CAP. V.

ABbatiſſæ, & omnes aliæ, quoquo nomine nuncupentur, Monialium Præſides, poſt elapſos ſex menſes ab educandarum ingreſſu, pro quibus earum alimenta antea ſolui ſo-

Digitized by Google

ſolent, omnem diligentiam adhibeant, vt in poſterum etiam quam primum ſatisfiant; *a* alias, vt teneantur, eas è Monaſterio dimittant, & moroſos earum parentes, eorumquè fideiuſſores, vt & alios quoſcumquè Monaſterij debitores, poſt ſaltem trimeſtre à die præfinitæ ſolutionis ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, iudicialiter omninò curent ad ſolutionem compelli.

a Conc. Prou. Med. 1. par. 3. tit. de puell. ſecularib. §. Puellarum. Sac. Cög. apud Nicol. in floſc. verb. Educandæ n. 17.

T I T. XXIII.

De Depoſito, Pignoribus, ac Monte Pietatis.

C A P. I.

AD officia Montis Pietatis eligi non poterunt eiuſdem Montis *b* debitores; omnes verò, qui ad illa legitimè aſſumentur, antequam adminiſtrationem ſuſcipiant, idoneam tenebuntur *c* cautionem præſtare de fideli adminiſtratione, ac reddenda ratione, & reliquatu.

b Conc. Prou. Med. 1. par. 3. tit. de pior loc. adminiſt. col. 1. §. qui pecuniam, &c.

c Sac. Cög. apud Nicol. ciuil. lib. 3. tit. 15. quibus mod. re contr. oblig. n. 13. §. 9.

C A P. II.

DEpoſitorum pecuniæ non poſſunt per Montis Officiales *d* pro pignoribus diſtribui.

d Sac. Cong. in Tudertina, &c.

T I T. XXIV.

De Sepulturis, & Cœmeterijs.

C A P. I.

CVm nihil magis abſurdum videatur, quã poſt funera, quibus eòdem cogimur, hu-

manæ leuitatis faſtigia exquirere pro cineribus, quæ illorum etiam, quorum famæ, atquè cupidini orbis videbatur exiguus, non ampliori ſpatio concluduntur *a* quam cuiuſlibet abiectiſſimi, ac ſi pro inani apotheoſi, quam væſana meditantur temeritate, quò ſublimior cinerum pyra, eò altius ſpiritus conſcenderet, nullo modò cadauera excelſo in loco, vel aliter ſupra terram in Eccleſijs, vbi gloriam *b* præcedit humilitas, poſſint in poſterum collocari; & ea quæ in præteritum ità fuerunt elata, omninò intra tres menſes ab eiſdem monumentis amoueantur, *c* & in tumbis infra terram defoſſis, ità collocentur, vt nullo modo ſuper ipſam emineant.

a Ex Menandr. Stob. ſerm. 120.

b Prouerb. 15. 33. in fin. Luc. 1. 48. & 18. 13. & ſeq.

c Conc. Prou. Med. 1. tit. de Sepulcris B. Pius V. conſt. 5.

CAP. II.

SEpulcra in Eccleſia non aliter conſtruantur, quam præuia in ſcriptis noſtra *d* ſpeciali permiſſione; vt ad illius præſcriptum, quemadmodum confici debent, extruantur opere fornicato, & cum reliquo Eccleſiæ pauimento ipſorum ſuperficies adæquetur, & ab vtroquè Eccleſiæ latere, dextero ſcilicet, ac ſiniſtro eo diſponantur ordine, vt è regione ſibi ſingula reſpondeant; &, nè vllo vnquam tempore fœtores exalent, duplici cooperiantur tegumento forma quadrata è ſolido lapide, ita tamen, vt inferius è rudi, ſuperius verò polito ſtruatur, in eoquè, ne tranſeuntium *e* pedibus ſubiaceant, nec Cruces, nec Sacræ imagines ſculpi poſſint.

d Conc. Prou. Med. 1. tit. de Sepult. & 4. tit. de Sepulcr.

e l. vnica C. nemini licere ſign. ſ. luat. Conc. Prou. Med. 3. tit. quę ad ſacramētalia §. quod præterea, Conc. Prou. Med 4. vbi ſupra. ac prius tit. de ac. Reliq. col. 8. §. quod de Sacroſanctæ.

CAP. III.

CVm ſub Altaribus, quæ ſupra Sacros Martyrum Cineres, *f* vel Sancta eorum Corpora conſtruuntur, putida *g* defunctorum Cadauera, reliquiarum ad inſtar *h* non debeant collocari; & proindè ſepulcra ab ijs, atquè

f c. ō oportet 28. de conſecr. diſt 1.

g Conc. Prou. Med. 4. tit. de ſepulcr.

h l. nemo 2. C. de Sacroſ. Eccl. l. c. præcipiendum 15. in fin. 13. quæſt. 2.

Digitized by Google

atquè eorum ſuppedaneis diſtantia, ſaltem per trium *a* cubitorum ſpatium, præſcribi ſoleant; ea, quæ propius ſunt extructa, oſſibus euulſis, & ad alia ſepulcra, vel cœmeteria translatis, pœnitus obſtruantur; & interim in in eiſdem Altaribus, tanquam hac de cauſa interdictis, miſſæ nequaquam celebrentur.

a Sac. Cong. apud Lezzan. in ſum verb. Altare n. 17 Barboſ. dec. Apoſtol. collect. 76. nu. 1. Nicol. can. lib. 3. tit. 40. de Conſecrat. Eccl. vel Altar. n. 1. verſ. Altaria, & in floſculis verb. Altare nu. 7. & latè apud Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 20. de Altar. §. vnico n. 28.

CAP. IV.

CVm Cœmeteria, quæ etiam per ſe ipſa religioſa, *b* & Sacra ad inſtar Eccleſiarum, quibus accedunt, Eccleſiaſtica gaudeant immunitate; atquè propterea, vt eædem Eccleſiæ, à quolibet ſæcularium iudiciorum ſtrepitu, *c* nundinis, negociationibus vanis, profanis, turpibuſquè colloquijs, vniuerſitatũ conſilijs, ſeditionibus, tumultis, atquè brutorum incurſu debeant omninò præſeruari: Caueant ad hunc effectum Parochi, vt in eorum medio Cruce firmiter erecta, quam etiam maximè conueniret fornice cooperiri, ad arcendos beſtiarum ingreſſus, muro tutè vndiquè ſepiantur, ab eiſquè vites, *d* arbores, ſeù arbuſta, vepres, atquè cuiuſlibet generis dumeta prorſus conuellantur; neue in ijs in poſterum quid quam conſeratur, herba, vel fenum ſuccidatur pro beſtijs, neue intra eorum fines ſordida, atquè fœtida abijciantur, ne frumentum trituretur, aut ventiletur, neue ipſum, aut aliæ ſegetes, vel paleæ expandantur, aut telæ madefactæ, vt ibi exiccentur, vel alias lignorum, cementorum, ac lapidum ſtrues congeratur, neue mares, aut fœminæ ibi aliquod opus ſeruile faciant, eoquè minus inhoneſtum, & à Sacris locis prorſus alienum.

b Gloſ in c. abolẽda 13. verb. ſepultura verſ. de tali terra de ſepulturis.

c c. cum Eccleſia 5. de immunit. Eccleſiaſt. & latius c. decet 2. eod. tit. in 6.

d Conc. Prou. Med. 4. tit. de cœmeterijs, & tit. de ornat. decor. ac nitor. Sac. loc. in fin. ac tit. de prophan. vſ. a Sacr. loc. tollen. verſ. ne in cœmeterio.

TIT.

TIT. XXV.

De Parochijs, & Alienis Parochianis.

CAP. I.

PArochi omnes, qui ad ouium ſibi concreditarum *a* cuſtodiam artis artium præcepta, vt paſcant eas verbo pariter, & exemplo, ſedulò tenentur obſeruare; ſingulis diebus feſtis, inter Miſſarum ſolemnia eis explicent vim, & vſum Sacramentorum, quæquè matrimonium contrahendum impediant, quæquè contractum dirimant; ieiunium, ac dies feſtos *b* denuncient, & iuxta antecedentium Synodorum decreta, horis magis *c* congruis, pro populi commoditate Doctrinæ Chriſtianæ rudimentis eum curent imbuere; & quatenus ità expediat, campanulæ ſonitu pueros poſt meridiem ante Veſperas congregare, vt eam recitent per dialogum; vbi verò propter incolarum, vel ruſticitatem, vel ignauiam id aſſequi non poſſint, vt ijs horis in vnum congregentur, ſaltem cum populus frequentior ad Miſſam Parrochialem audiendam conuenerit, vel ante, vel poſt eam, prout magis congruum exiſtimabunt, pro rudiū inſtructione recitēt, & ab eis repeti ſtudeant orationem *d* Dominicam, Symbolum, & Præcepta decalogi vernacula lingua, qua in altero ex antecedentibus Synodis ad huius inſtructionis exemplum leguntur explicata; & per duas hebdomadas, vel ad minimum per vnam ante feſta Natalitia, nec non Dominicæ Reſurrectionis, & Pentecoſtes peculiariter eos inſtruere, qui tum primum ad Communionem erunt admittendi, vt calleant Sacramentorum virtutem, atquè dignitatem, & pro abſolutione obtinenda apprimè

a Ad tex. in c. cum ſit ars artium 14. de ætat. & qualit. ord. præficien.

b Conc. Prou. Med. 3. tit. de Paroch. col. 2. §. Dominicis, & col. 3. §. Tridentini Concilij, & Prou. Med. 4. par. 3. tit. monitiones col. 11. §. Pueros feſtis, & ſeq.

c Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. Doctrina Chriſtiana n. 2. & 3.

d Glo. fin. in c. vt quiſq; Preſbyter 3 de vit. & hon. Cleric. Syn. Illuſtriſſ. D. Bich. in fin. fol. 213.

Digitized by Google

primè ſciant, præuio diligenti examine, propria peccata exquirere, de ijs condolere, ac ea, eorumquè grauitatem, ac circumſtantias perfectè deponere.

CAP. II.

CVm diebus feſtis *a* Parochi, qui Populorum patres, paruulis, ideſt ſubditis ſuis, & Cæleſtis doctrinæ, & menſæ Dominicæ Angelicum panem frangere teneantur; atquè proindè in proprijs Eccleſijs celebrare, fidelium Confeſſiones audire, ac eis Sacram Euchariſtiam diſtribuere; Caueant Parochi, ne ijs diebus abſquè noſtra ſpeciali licentia in ſcriptis ad celebrandum *b* aliò ſe conferant, ſed iuxta decreta alterius ex antecedentibus Synodis, eiſdem diebus feſtis, & eorum vigilijs, ſaltem per horam ante Miſſæ celebrationem, in ſede Confeſſionali *c* ad Confeſſiones audiendas ſe omninò exponant.

a d. c. vt quiſq; Presbyter §. de vit.& hon.cler.

b Conc.Prou.Med.4. par.1. tit.de cleric. ad feſt. dier.celebrit.conuenit. & conferunt late deducta in eod par.2.tit.fin.de Paroch. §. vſu compertum eſt, & ſeqq.& 5.par.3.tit. de reſid. §.cum autem.

c Conc. Prou. Med. 1. par.1. tit. quæ pert. ad Sacr. Pœnit. adnin.col.2 §.Caueant Curati, & in inſtructione Confeſſariorum Act. Eccleſ.Med.par.1. in paruis tom.2. fol.557.col.2.

CAP. III.

PArochi omnes, & ij etiam, qui ob tenues Eccleſiarum redditus anguſtia rei familiaris non parum premuntur, cum non propterea diſpenſari *d* poſſint a cuſtodia Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, ac lampade, quæ perpetuò debet ante ipſum collucere, vt latius in titulo de celebratione Miſſarum, & Sacramento Euchariſtiæ, vltra Pixidem, in qua idem Sanctiſſimum Sacramentum debet in Eccleſia aſſeruari ad vſum Sacræ Communionis, quæ in ea fieri ſolet, habeant, & alteram minorem, quæ incluſa ſerico marſupio, *e* & quidem ornatiſſimo ad ægrotos deferatur, ad quos quatenus ipſe legitimo detentus impedimento nequeat ſe conferre, curet omninò, vt alter Sacerdos ad Confeſſiones approbatus, ad tam pium opus accedat.

d Sac.Cōg. apud Barboſ.deciſ.Apoſt. collect.335.nu.5.& apud Nicol. in floſc.verb. Parochus n.19.

e Conc Prou. Med.4 tit.quæ ad Sanctiſſ.Euchar. Sacr.pert.

CAP.

CAP. IV.

VT ex Eccleſiæ inſtituto, tàm Palmæ, quam Candelæ ſtatis diebus, quibus diſtribui ſolent, per fideles, à quibus accipiuntur, deferantur in ſolemni ſupplicatione, ſeù Proceſſione, quæ diſtributionem ſubſequitur, & aliqui ex laicis ob eorum qualitatem eas quodammodo in tributum ad proprias ædes ſibi *a* deferri non præſumant; Parochi eas tantummodo ijs diſtribuant, qui tunc *b* præſentes erunt in Eccleſia, nec ab alijs poſtea ſe permittant inquietari, niſi vel ob ægritudinem, vel ob aliam legitimam cauſam ad eam accedere diſtributionis tempore non potuerint.

a Conc. Prou. Med. 3. tit. quæ ad Sacramẽtal. & Sacram. pert. §. quamobrem edicimus.

b Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. candelæ n. 3. verſ. in Eccleſia, & in verb. Parochus n. 36.

CAP. V.

MVlierum Confeſſiones Parochi, & alij omnes ad id facultatem habentes, niſi ob earum infirmitatem, non alio tempore, quam de die, nec alibi audiant, *c* quam in ſedibus Confeſſionalibus; quæ vbi adhuc conſtructæ non fuere iuxta præſcripta in altero ex Synodis antecedentibus, erunt omninò iuxta illius diſpoſitionem conficiendæ. Homines verò, dum infirmi non ſunt, extra Eccleſiam *d* non audiantur; & in eiuſdem Sacramenti adminiſtratione memores præcipuè, quod Regis Regum tanquam ſupremi Iudices in eo iuriſdictionem exercent, ad prædictas huius Iudicij Sedes pro Miniſterij dignitate accedere vereantur, niſi talari *e* veſte induti, & ſuper eam Sacerdotali caſtula, ſeù ſuperpelliceo, *f* & Stola, quæ, ad hanc functionem ritè obeundam, debet ei ſuperponi.

c Conc. Prou. Med. 1. tit. quæ pert. ad Sac. pœnit. adminiſt. §. Sacerdotes.

d Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. Confeſſarius nu. 22. & 24.

e Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. Confeſſarius n. 24.

f Conc. Prou. Med. 5. par. 2. tit. quæ ad pœnit. Sac. §. Epiſc. quoque decernimus. §. Confeſſarius, & §. in pœnitentiæ, &c. Sac. Cõg. apud Nicol. in floſc. verb. Confeſſarius n. 18.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VI.

PArochum in Ciuitate, vel Diœceſi ægrotantem vicinior Parochus quam primùm officiosè curet adire, eiquè Sacramenta adminiſtrare, atquè morienti religioſis precibus aſſiſtere, ac eius funus proſequi vna cum omnibus Clericis, tã proprię, quã Parochiæ *a* eiuſdẽ morientis, & in Diœceſi eiuſdẽ Vicariæ, in qua eadem Parochia ſita reperitur; quos omnes in Domino ad huiuſmodi caritatis officia ſummoperè cohortamur.

a Conc. Prou. Med. 1. tit. 15 decr. 15.

CAP. VII.

AB omnibus ijs functionibus, quæ ſunt Parochorum præcipuæ, pœnitus abſtineant omnes alij Sacerdotes tàm Seculares, quam Regulares; nec vllo modo audeant abſquè eorum licentia ægrotis, quamuis etiam in Hoſpitalibus, quorum nullum in hac Diœceſi à Regularibus regitur, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deferre, tametſi priuilegiorum prætextu, quæ Nobis, *b* vel Vicario Noſtro Generali oſtenſa non fuerint, & legitimè recognita: nè aliter ipſi Regulares ſubijciantur pœnis in eos inflictis per Clem. quæ incipit Religioſi in ordine 1. de priuileg. & exceſſ. priuilegiat. ſeculares verò eo ipſo ſuſpenſionem ſubeant, quam in eos decernimus, & à facultate audiendi Confesſiones, & ab ordinum miniſteriò, donec à Nobis abſoluantur.

b c. porrò 7. & ſeq. de priuileg.

TIT. XXVI.

De Decimis, Primitijs, & Oblationibus.

CAP. I.

CVm in anteacta Diœceſis viſitatione varias agnouerimus pro locorum varietate vigere conſuetudines pro decimarum ſolutione, & pro locis *a* vbi maximè populus decreuit, & redditus etiam Parrochialium fuerunt imminuti, diuerſas etiam debere regulas conſtitui, nec poſſe generali decreto omnia definiri; in noua viſitatione, Deo dante, poſt hanc Synodum facienda, ſecundum locorum exigentiam diuerſa conſtituentur, quæ in ijs adamuſſim erunt obſeruanda.

a In ſum. & c. 1. ac per tot. diſt. 29.

TIT. XXVII.

De Regularibus, & Tranſeuntibus ad Religionem.

CAP. I.

REgulares, qui per abdicationem temporalium cæleſtia cupiunt, & meditantur, vt iuxta regulare ipſorum inſtitutum ſeruando mandata, quibus obſequi tenentur, cæteris exemplum præbeant, quomodò poſſint ad vitam ingredi, *b* ante mentis oculos ſæpè ſibi curent obuerſari, quæ per Sac. *c* Canones, Concilia generalia, & Apoſtolicas Conſtitutiones eis præſcribuntur; nè huius Curiæ ſubiciantur iudicio, ſed ſolitis encomijs à Nobis de more mereantur, pro meritis commendari.

b Matt. 19. 18.
c c. fin. ne cleric. vel monach. c. quoniã 2 de priuileg. Clem. 1 de priuileg. Conc. Trid. ſeſſ. 23 cap. 15. de ref. & ſeſſ. 24. cap. 4. pariter de ref. ac ſeſſ. 25. c. 5 & 12. de reg. & monial. late Gregor. XV conſt. 18 Sac. Cong. apud Nicol. in flolc. verb. Regularis n. 11.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.

INfirmorum Confeſsiones cum primum exceperint *a* Regulares, qui à Nobis facultatem obtinent miniſtrandi ſecularibus pœnitentiæ Sacramentum, Parocho ſignificare non omittant per ſcripturam ſaltem, ſeù fidem ab ipſis ſubſcriptam, quæ infirmo relinquatur, ſub pœna ſuſpenſionis a prædicta facultate.

a Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. Regularis nu. 36. & apud Barboſ. d. cit. Apoſt. collect. 636. n. 7. & 11.

CAP. III.

CVm licentiæ pro acceſſu ad Moniales, eoquè magis pro ingreſſu in earum Monaſteria, quamuis etiam curæ Regularium ſubiaceant, *b* debeant ab Ordinarijs obtineri, & de trimeſtre in trimeſtre *c* renouari, quæ miniſtris, atquè ſeruientibus conceduntur; aduerſus omnes, qui abſquè huiuſmodi licentijs ingredientur, tanquam in Clauſuræ violatores ſedulò procedatur.

b Sac. Cõg. apud Nicol. can. lib. 3. tit. 1. de vit honeſt. cler. n. 4. & in floſc. verb. clauſura nu. 14. & 17.
c Sac. Cong. apud Nicol. d. verb. clauſura n. 14.

CAP. IV.

POrta clauſuræ Monialium, cum pro introducendis perſonis, *d* vel rebus neceſſarijs, quæ per rotam tranſmitti nequeunt, debeat dumtaxat aperiri, caueant Moniales, nè occaſione collocutionis, etiam cum Matribus, vel Sororibus, quamuis de longinquo, vel tum primum ad eas inuiſendas acceſſerint, eam audeant aperire; & cum ex neceſsitate aperitur, ne ibi adſit aliqua Monialis, *e* quæ ad id ex munere non teneatur. Earum verò Confeſſarij omninò curent, vt ſingulis diebus ipſa deſinentis diei hora, cum ſcilicet Angelica Salutatio per campanarum pulſationem de more indicitur, porta exterior peſſulo, ac claue ſedulò firmetur; nequè vllo modo niſi ex præciſa neceſsiate, ijſquè præſentibus de noctè

d Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. clauſura n. 4. & verb. Porta n. 7. & ſeq. ac can. lib. 3. tit. 1. de vit. & hon cleric. n. 3. verſ. Hanc Sac. Cong.

e Conc. Prou. Med. 1. par. 3. tit. de præfect. & alijs miniſtr. Monial. col. 4. § cum autē Ianoct. Sac. cong. apud Nicol. in floſc. d. verb. Porta n. 8.

Digitized by Google

noƈte aperiatur, earumquè Eccleſiæ poſt prædictam horam nullò pietatis, ac religionis colore *a* patentes relinquantur; ac proindè cum præfinito quatraginta horarum tempore in eis Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum exponitur, prædicta hora in Tabernaculum *b* referatur, ibiquè per noctem à Monialibus tantummodò ſtatis temporibus in oratione perſeuerantibus adoretur, & ſummo mane iterum è Tabernaculo depromatur.

a Sac. cong. apud Nicol. in floſc. verb Eccleſia nu. 10. verſ. etiam Monialium.

b Conc. Prou. Med. 4. tit. quæ ad SS. Euchar. Sacr pert. col. 5. §. in Eccleſijs Monialium, &c. & alias apud Gauant. verb. oratio publica n. 13. & ſeq.

CAP. V.

NEmo ad Monialium collocutoria, ſeù ad illarum atria, & veſtibula ſe conferat perſonatus, vel in ijs ſonis, choreis, aut tripudijs indulgere, vel ludos theatrales, aut ludibriorum audeat exhibere ſpectacula; alioquin aduerſus contrauenientes, qui erunt eo ipſo *c* excommunicati, quatenus Curiæ innoteſcant, ad alias etiam *d* pœnas iuſtitia vindice procedatur.

c Ad tex. in c. Monaſteria 8. de vit. & hon. cleric. Sac. cong. apud Nicol. can. eod. tit. ſcilicet lib. 3. tit. 1. n. 3. §. Nã Sac. cong.

d Ad tex. in l. placet 5. C. de Sacroſ. Eccleſ.

CAP. VI.

CVm Secularibus etiam legibus vetitum legatur, ad præſeruandos à ſcurrili contaminatione Sacrarum Virginum *e* habitus, ne ijs mimæ induantur, quantò magis prohibendum videtur, ne aduerſus conciliares ſanctiones eædem Aſcetriæ, depoſita nuptiali veſte, *f* qua in regium Domini thalamum aſciſcuntur, veluti mimæ *g* ſe prodant, laruarumquè ludibria inferant templis, ac eorum Aſceterijs, & in ijs ludos exerceant theatrales. Quamobrem eædem Sacræ Virgines memores regiæ dignitatis, quam per cæleſtes nuptias videntur aſſumpſiſſe, omninò abſtineant à quolibet virili *h* indumento, & ſeduló caueant, ne ſeculari leuitate ante profanos oculos, vel quoquo modo ante crates, alioquè in loco,

e l. ſi qua 18. C. Theod. lib. 15 tit. 7. de ſcenic. vnde ſumpta eſt l. mimæ 4. C. de Epiſ. aud. §. fin. nouell. 123. ſeù auth. de Sanctiſſ. Epiſc.

f Lact. Firm. Diuin. inſtit. lib 6. de vero cult. c. 20. poſt. med. §. in ſcenis quoquè.

g Concilia latè indicata per Gonzal. in c. cum decorem 12. n. 2. & præſertim n. 4. & ſeqq. de vit. & honeſt. cler.

h Sac. cong. apud Barboſ. deciſ. Apoſt. collect. 506. nu. 17. & apud Nicol. verbo Habitus n. 4. & apud Gauan. tit. Monialiũ communes leges nu. 16. & ſeq. Cõc. Prou. Med. 1. tit. de clauſ. & quæ ad eam tuend. aliq; rat. pert. verſus finem §. Moniales ne animi quidem.

Digitized by Google

loco, quo ab alijs adſpici poſſint; hiſtrionico veluti more choreis, *a* tripudijs, aut ſpectaculis indulgeant, vel aliter in ſcenâ prodeant, quamuis etiam Sanctarum Virginum actiones *b* repræſentent: & earum Confeſſarij ſatagant, vt prohibitiones iſtæ adamuſſim obſeruentur, ne aliter *c* ipſi tanquam immeriti, atquè inhabiles deponantur à miniſterio.

CAP. VII.

MOnialium collocutoria ijs diebus, *d* quibus ipſæ generaliter ad auguſtiſſimam Sponſi cœnam per Sacram Sinaxim admittuntur, ſaltem vſquè ad meridiem, vt inter Diuinas epulas, qualibet profana, ac exteriori diſtractione ſemota, Diuinis contemplationibus faciliùs vacare poſſint, clauſa cuſtodiantur.

CAP. VIII.

CVm plerumquè iuſtorum precibus, & ob exiguum etiam eorum numerum, *e* clementiſſimus mundi Opifex ſoleat pœnas cohibere, quæ in peccantium multitudinem eſſent infligendæ; Sacræ Virgines, quæ ſub fœliciſſimis Reginæ Virginum auſpicijs eidem Cœleſti Sponſo propriam Virginitatem deuouerunt, vt, pro earum imbecillitate, ad imitationem eiuſdem Immaculatæ Virginis, ac Matris, quæ ab Eccleſia tanquam potiſſimum peccatorum refugium imploratur, pro ijs etiam & ipſæ deprecentur, *f* vt contrito corde peccata defleant; à Dominica quinquageſimæ, vſquèquò per illationem Sacrorum Cinerum ad mentis ſanitatem ij præſertim redeant, qui diebus carnis priuij voluptatibus indulgendo ſolent præcœteris inſanire, ſingulis eiſdem diebus (vt eas in Domino hortamur) poſt meridiem horis veſpertinis, cum ſcilicet laruarum tumultus magis incaleſcunt, conue-

 niant

a Clem. attendentes 2. §. viſitatores verſ. nõ choreas de ſtat. Monach. glo. in Clem. 1. §. nõnulli verb. choreas in fin. de celebr. miſſ.

b Conc. Prou. Colon. de anno 1549. tit. fin. de cenſ. & decr. pro abuſ. emend. dec. 17.

c Caſſian. apud Tamburin. de Iur. Abbatiſſ. diſp. 10. quæſt. 1. 2. nu. 24.

d Conc. Prou. Med. 1. tit. de clauſura, & quæ ad eam tuend. aliqua ration. pert. §. non eſt ferendum, & ſeq. & Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. Moniales n. 30. circa fin.

e Geneſ. 18. 23. & ſeqq. Exod. 32. 10. & ſeqq.

f S. Carol. in eius paſtoral. epiſt. ſuper ſeptuageſim. Act. par. 2. in paruis tom. 2. fol. 892. parum poſt princip.

Digitized by Google

niant in Choro; ibiquè Sanctiſſimum, qui à Confeſſario ad hunc effectum debebit exponi, effuſis precibus exorent, vt ijs Diuina eius clementia ignoſcere dignetur.

TIT. XXVIII.

De Religioſis Domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiectæ.

CAP. I.

Monaſteria, quæ Regularium numerum ab Apoſtolicis conſtitutionibus præfixum non habent, cum ex earum diſpoſitione Ordinario *a* ſubiaceant, meminerint ijdem Regulares, in ijs alios collocari non debere, quàm Religioſos ſenes, & bonæ vitæ, eoſquè ex rationabili cauſa poſſe per Ordinarium ab eiſdem conuentibus amoueri, commonito Superiori Regulari, vt eos aliò transferat.

a Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. conuentus n. 17. §. 2. ex rationabili, & n. 18.

TIT. XXIX.

De Iurepatronatus.

CAP. I.

Altaria, ſeù Cappellæ de Iurepatronatus, intra congruum terminum Patronis aſſignandum, cum expreſſa comminatione amiſſionis eiuſdem iuris, ab ipſis reparentur, & Sacris vaſis, ac Sacra ſupellectile *b* prouideantur, & quatenus negligant, eo elapſo, ab Eccleſiarum Rectoribus diligentioribus concedi poſſint.

b Sac. Cong. apud Nicol. Can. lib. 3. tit. 48. de Eccl. ædif. vel repar. n. 5. & in floſc. verb. Patronus n. 32.

TIT.

TIT. XXX.

De Celebratione Miſſarum, Sacramento Euchariſtiæ, & Diuinis Officijs.

CAP. I.

PErpetua Miſſarum onera recipi non poſſint abſquè Noſtra licentia in ſcriptis, vel Vicarij Noſtri Generalis, quæ gratis erit concedenda; & pecuniæ, ac bona mobilia, quæ pro ijs relinquentur, illicò deponantur penes ædem Sacram Montis Pietatis, vt quã primum in bonis immobilibus fructiferis cum expreſſa oneris mentione poſſint inueſtiri. Eleemoſinæ verò manuales, & quotidianæ pro miſſis accipi tantummodò poterunt, quatenus accipientes oneribus anteactis ità ſatisfecerint, vel ità poſſint intra modicum tempus ſatisfacere, vt nouis etiam valeant ſe ſubijcere; *a* aut ij, qui eleemoſinas tribuunt, ſcientes anteacta onera non poſſe ità breuiter ſatisfieri, conſentiant, vt celebratio, quam exoptant, poſt illorum ſatisfactionem differatur; alioquin ab eiſdem eleemoſinis etiam ſpontè oblatis omninò abſtineant: & ne fideles ſpe celebrationis fruſtrentur, capſulas auferant ab Eccleſijs cum inſcriptione, eleemoſina pro Miſſis, vel alias pro defunctis.

a S.Cong.Conc. in decr.approbat per Vrb.VIII. conſtit. 43.& apud Nicol in floſc.verb. Miſſa n.10.& Can.lib.3.tit.48 de celebr.miſſ.n.14.

CAP. II.

PRo adimplendis oneribus Miſſarum, quæ ſunt celebrandæ, vel ex fundationis tenore, *b* vel ex antiqua conſuetudine, beneficiorum fructus, qui ſpectant ad negligentes omninò *c* ſequeſtrentur.

b Sac. Cong. apud Nicol. in floſc.verb. Miſſa nu.11.

c Conc. Prou Med. 4.par.2. tit.quæ pert.ad SS Miſſ.ſacriſ. col.6. §.& quoniam, &c.

Digitized by Google

CAP. III.

IN Eccleſijs Monialium non admittantur ad celebrandum Regulares *a* abſquè Noſt. a ſpeciali licentia, vel Vicarij Noſtri Generalis, niſi ſint ætatis ſaltem annorum quinquaginta.

a Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. d. verb. Miſſa n. 26.

CAP. IV.

DVm in Cathedrali, vel in alia Eccleſia Miſſa Pontificalis, vel alia ſolemniter celebratur, aſſiſtente Epiſcopo cum Capitulo, *b* ne fideles ob alias Miſſas ante Pontificalem benedictionem ab ea diſtrahantur, & ipſe celebrans, & de more aſſiſtentes cogantur quandoquè ob Sanctiſſimi elationem in alijs Altaribus contra ſolitum Eccleſiæ ritum aliò ſe vertere, & functionem intermittere, nullo modo aliæ Miſſæ priuatæ ante prædictam Pontificalem benedictionem in eadem Eccleſia permittantur; & ne decretum huiuſmodi poſſit aliquo modo violari, tàm ipſi, qui ad celebrandum accedent per ſuſceptionem Sacerdotalis indumenti, quàm Sacriſtæ, qui eos ſumere permittent, ſiuè Seculares ſint, ſiuè Regulares, eo ipſo ab ordinum miniſterio ſuſpendantur, donec à Nobis abſolutionem obtineant.

b c. & hoc attendendum 52. de conſ. cr. diſt. 1. Conc. Prou. Mog. de anno 1549. ſub Archiep. Sebaſt. c. 57 Conc. Prou. Med. 4. par. 2. tit. quæ pertinent ad Sanctiſſ. Miſſæ Sacrif. in princ.

CAP. V.

OBtinentes Eccleſiaſtica beneficia, quibus nullum Miſſarum onus ex eorum fundatione iniunctum detegitur, *c* tres ſaltem Defunctorum Miſſas ſingulis annis celebrare teneantur pro Defunctis benefactoribus, à quibus eadem beneficia vel erecta, vel dotata, vel redditibus aucta fuere.

c Conc. Prou. Med. 6. tit. 2. decr. 3.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VI.

TAbernaculum a Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, quod in Chatedrali, ne propter functiones Pontificales ei terga vertantur, in maiori eius Altari conſtitui non ſolet, in omnibus Eccleſijs Parrochialibus ſerico conopeò b contectum, & intus pariter ſerico ornatum omninò in eo collocetur; ibiquè in Pixide argentea intus deaurata ſolum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum iugiter aſſeruetur, nec vllo modo Olea Sacra, vel Reliquiæ, aut aliæ quæquè res, quamuis Sacræ, vel pro Diuino cultu ibi poſſint cuſtodiri: lampas verò perpetuò ante ipſum colluceat, c nec ob reddituum tenuitatem poſſint aliqui ex Parochis excuſari: quibus, vt facilius huic oneri ſatisfaciant, Societas eiuſdem Sanctiſſimi, quæ, vbi non eſt erecta, debebit protinùs inſtitui, de proprijs redditibus ſubueniat; & quatenus nec iſti ſufficiant, eis permittetur, vt habeant quæſtorem d ad colligendas ad hunc effectum eleemoſinas.

a Conc. Trid. ſeſſ.13. cap.6. Sac.Cong. apud Nicol.Canonic lib.3. tit. 41. de celebrat. Miſſ.n.25.& in floſc. verb.Eucharitia n.20.& ſeqq.& verb. Parochus nu. 19. & apud Barboſ. deciſ. Apoſt. collect.335. num. 5.

b Conc. Prou. Med. 1.par.2. tit quæ pert. ad Sacram.Sanct. Euch.verſ.ante ipſam,& 4.par. 2.tit.eodem in princ.

c Sac. Cong. apud Barboſ. deciſ. Apoſt.collect.335.n.5.& apud Nicol. in floſc. verb.Parochus n. 19.

d Sac. Cong. apud Nicol. in floſc.verb.Parochus vbi ſupra, &c.

CAP. VII.

SAnctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicè adorandum quouis prætextu e exponi nequeat, ſiue in Eccleſiis Secularibus, ſiuè Regularibus abſquè Noſtra ſpeciali licentia, vel Vicarij Noſtri Generalis.

e Sac. Cong.apud Barboſ.d. collect.335.n.6.

CAP. VIII.

DIuina officia, vt hactenus in hac Cathedrali fuerunt celebrata iuxta decreta antecedentium Synodorum, & in Collegiata Aquaſpartæ iuxtà regulas ei præſcriptas, in poſterum etiam celebrentur; in eiſquè omnes, qui Choro interſunt, abtineant a ſuſceptione

a Tabacei, & aſſurgant, *b* ac de more genuflectant, vt in eiſdem decretis. In Eccleſijs verò Parrochialibus recitentur de more officia, vt hactenus diebus feſtis fuerunt recitata.

CAP. IX.

QVuamuis in Clericorum habitu ea laudari non poſſit ornatus elegantia, quæ immoderato eorum cultu, nimioquè fulgore, ſpreta pœnitus antiqua Patrum ſimplicitate, *c* nimio luxu, ac pretioſis veſtibus exprimitur; non tamen permitti debet, vt equidem contrario, ſed vitioſo pariter exceſſu, *d* ſpreto cœterorum more, ità ſordidis aliqui ex ijs vtantur, & adeò incompti, & abiecti prodeant, vt ex corporis incompoſitione, inequalitatem etiam mentis oſtendere videantur; *e* & eam veluti harmoniam, atquè concentum diſſoluere, qui præſertim inter Eccleſiaſticos, ad eorum *f* conformationem exigitur. Caueant propterea ijdem Clerici, vt in exterioribus ita mundis veſtibus cingantur, & cæſitium, *g* ſeù collare, quod ſemper deferre tenebuntur, ità album induant, vt ex illius candore animi quoquè, ac morum indicent honeſtatem; & præſertim dum in Choro ad Diuina Officia in qualibet Eccleſia quoquo modo conueniunt, vt prædictis omnibus iuſti, atquè prudentis Clerici indumentis ornati detegantur, & ſupra talarem veſtem, *h* ſaltem aſcititiam, clericalem etiam caſtulam, ſeù ſuperpelliceum deferant; ac potiſſimum ne ad Miſſas celebrandas Sacerdotalia velamina ſuſcipientes, veluti ad nefaria Lupercalium ſacra collum denudando, ac ſi dum præcipuè Deo famulantur, ad inferiora deſcenderent, cæſitium deponant; ea impudenti licentia, quæ coram Patribus, atquè *i* ſuperſtitioſis eorum Dijs etiam ab Ethnicis damnabatur. Vnde vt ab ea coram Clementisſimo omnium Patre, ac

a Vrbanus VIII. in eius cõſtitutione 278. Bullar. tom. 5. fol 394. & ſeq. & apud Barboſ. deciſ. Apoſt. collect. 695.

b Conc. Prou. Med. 1. par. 2. tit. quomodo verſ. in chor, verſ. in choro pro temporis. & off. ration. & 4. par. 3. tit. monitiones col. 9. §. Pro temporis autem &c.

c S. Hieron. & alij relati per Tiraq. in l. 3. connub. gloſ. 1. part. 3. n. 54. & ſeq.

d c. fin. 9. ſicut ergo verſ. in inceſſu, vbi gloſ. dicto verbo, ſicut ergo diſt. 41. & latè per tot. 21. queſt. 4. vbi gloſ. in ſumma verbo quod vero, Clem. 2. de vit. & hon. cler. Extrauag. quorumdam 1. Io: 22. de verb. ſig. §. qui propter, verſ. item quod fratres vbi gloſ. verbo diſcreparent; & § quò circa verſ. non enim particulariũ omniũ, & ſeqq. gloſ. fin. in c. fin. de cuſtod. Euchar. Conc. Aquiſgran. ſub Ludouico Pio lib. 1. cap. 124. & Prou. Senon. anno 1528 cap. 21. In decret. mor. Conc. Prou Colõ. de anno 1536. par. 2. c. 26. in fin. Poſſid. in vita S. Auguſtini, vt obſeruat Lupus ad can. Trullan. 27. tom. 2 fol. 910 & ad cap. 26. octauæ Synodi d. tom 2. fol. 1331. in prin.

e Conc. Prou. Med. 1. p. 2. tit. de cleric. veſt. verſ. Ne in habitu &c. & 4. par. 3. tit. monition. col. 5. §. habitu non exquiſito.

f d. extrau. 1. Io: 22. d. § quo circa verſ. non enim de verb. ſignif. & gloſ. in ead. vbi ſupra verb. diſcreparent.

g Sac. Cõg. apud Illuſtriſſ. D. de Luca de Iuriſd. diſc. 4. nu. 6. verſ. Atq; ſi per Sac. Cong.

h Sac. Cõg. apud Nicol. cit. lib. 3. tit. 1. de vit. & hon. cler. nu. 1. in fin.

i Plutarc. problemat. ſeu rer. Rom. quæſt. 10.

Digitized by Google

ac Deo noſtro omnes in poſterum abſtineant, nullius Presbyter poſſit abſquè eodem cætitio *a* ad Miſſā in celebrandam ſacerdotalia induere ornamenta ſub pœna ſuſpenſionis eo ipſo, quam ſubibunt, tam ipſi ſic ſumentes, quam Sacriſtæ, qui eis illorum aſſumptionem non impedient.

a Sac. Cong. apud Illuſtriſſ. D. de Luca de Iuriſd. diſc. 4. n. 6. verſ. atq; ſi per Sac. Cong.

CAP. X.

Clericalis caſtula, ſeu ſuperpelliceum, quæ a Laicis deferri non debet, *b* nec etiam a Clericis induatur, niſi ſupra veſtem ſaltem aſcititiam, quæ ad talos vſquè deſcendat.

b S. Carol. in eius inſtruct. var. tit. vlt. de concern. mater. actor. par. 2. in paruis to. 2. fol. 620. col. 1. Conc. Prou. Med. 4. par. 2 tit. quæ pert. ad S. Miſſ. ſacrif. & Diuin. off. col. penult. verſ. cum Clerici deſunt Sac. Cong. apud Nicol. can. lib. 3. tit. 1. de vit. & hon. cleric. nu. 8. in fin.

CAP. XI.

DVm in Diæceſi Diuina Officia celebrantur, vel Sacræ functiones, aut publicæ præces communibus fidelium conuenientium vocibus, eiuſdem Diæceſis incolæ, qui diebus feſtis in Oppida, ſeu Caſtra conueniunt, vt otio perfruantur, omninò caueant, ne antè, vel propè Eccleſias, in quibus deberent cum alijs orationibus inſiſtere, deambulando, *c* colloquendo, rixas, atquè ſtrepitus excitando, vel etiam ludendo, perindè ac ſi aliorum preces, & officia, vel conciones contemnerent, fidelium conuentus *d* perturbent: nec ante finem *e* Miſſas deſerant, neue *f* cum venaticis canibus, aut volucribus, vel haſtilibus armis, aut igneis catapultis Eccleſiam ingrediantur; ne pœnas ſubeant, quæ in eos per Sacros Canones indicuntur, & alias ex arbitrio, quæ pro modo culpæ in ipſos infligi poterunt.

c Conc. Prou. Med. 1. par. 2. tit. de Eccleſ. & earum cultu, & 2. tit. 2. quæ ad miſſam, &c. decr. 23. & 4. par. 1. tit. de Religioſa in Sacris locis conuerſatione §. nequis, & ſeq.

d Auth. ſed non Iure, ſed potius, ſed nouo, §. ſed ſi Sacra C. de Epiſc. & Cleric. c. in Religioſa 2. de conſecr. diſt. 3.

e c. omnes fideles 62. & 4. ſeqq de conſ. diſt. 1.

f in edict. Theod. Iun. inter act. Conc. Epheſ. tom. 5. c. 2. §. decernimus nihil minus verſ. nam & nos. vbi præſertim repet. in Cod. Theod. poſt. l. 4. lib. 9. tit. 45. de his qui ad Eccleſ. confug. C. 1. m. 1 §. nō null. etiā de ce. ... Cōc. Prou. Med. 1 par. 2. tit. de Eccleſ. & earum cultu §. Nemini cum venaticis.

CAP. XII.

ADmoneantur ſedulò per Parochum Chriſti fideles, vt ad Miſſas audiendas piè, ac reli-

religioſè conuenientes, non flexo tantummodò altero ex genibus, *a* aut alio indecenti modo cum piorum offenſione auguſtisſimo interſint ſacrificio, nec, vt Eccleſiæ precepto ſatisfaciant, in foribus *b* Eccleſiæ, vel extra, ad Miſſam audiendam ſubſiſtant, neue nimis propè, ſiuè Viri ſint, ſiuè Mulieres, appropinquent *c* ad Altare; ſed toto corde enixiſquè precibus, & maxima veneratione, vt decet, Diuina beneficia, atquè myſteria meditantes, Sacris intenti *d* Deum timeant, & adorent; ne alias tanquam Diuinæ eius maieſtatis contemptores æternis, atquè etiam temporalibus pœnis corripiantur.

a Conc. Prou. Med. 3.tit de iis qui pert. ad miſſ. in fin. §. Ne vero quis.

b Conc. Prou. Med. 1.par.2. tit.quæ pert ad celebr. miſſ.in fin.§ Ne in foribus, & ſeqq.& 4.par.1.tit.de Sacr.loc.eorumquè cultu §.Quo in veſtibulo.

c d. Conc. Prou. Med. 3.vbi ſupra §. penult.

d Apoſtolica 68.& c. quando autem 70. de conſecr.diſt.1.

TIT. XXXI.

De Baptiſmo, Confirmatione, ac eorum effectibus, & Cognatione Spirituali.

CAP. I.

BAptiſma in propria cuiuſlibet Parochiali Eccleſia, vel Matrice, vbi Fōs Baptiſmalis exiſtit iuxta diſpoſitionem Concilij Viennenſis per Parochum *e* miniſtretur; & quatenus de ipſius licentia ab alio Sacerdote, vel vrgente neceſſitate, in priuatis domibus conferatur, in peculiari Baptizzatorum libro, aliorum ad inſtar, cum ſpecifica deſignatione tam eiuſdem neceſſitatis, quàm illius à quo collatum fuit, iuxta præſcripta in antecedentibus Synodis, ſedulò deſcribatur.

e Clem. vnic. de baptiſm. & eius effect. Conc.Prou.Med.4 par.2.quæ pertin. ad Sacr.Baptiſm.§.videat Parochus, & §. Infantes, qui domi.

CAP. II.

IN Patrinis tàm ad Baptiſmatis, quàm ad Confirmationis Sacramentum admittendis,

ćis, ſeruentur ea omnia, quæ in antecedentibus Synodis leguntur conſtituta; & compatres in ipſo actu, quo ad tam pium munus adhibentur, vt ſpirituales eorum filios incipiant edocere, quo humilitatis, atquè caritatis ſpiritu eum debeant imitari, qui propria humilitate iacentem mundum erexit, & tanquam præcipuam eius hæreditatem pacem Nobis reliquit, quodlibet armorum *a* genus deponant, & ad hoc per Parochos piè, ac religioſè admoneantur.

TIT. XXXII.

De Cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum Sacracramentorum.

CAP. I.

SAcra vaſa, vt in ijs Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ac Sacra Olea, vt ſupra in titulo de Sacra Vnctione, poſſint decenter cuſtodiri, ac etiam viciſſim confici, & miniſtrari, ſæpè ſæpius de more abſtergantur, *b* vt iugiter nitida conſeruentur.

a Conc. Prou. Med. 3. tit. quæ ad Sacramentalia, & Sacramēta generatim pert in fin. & 5. par. 1. tit. quæ ad baptiſm. §. quoniā. Et comprobatur edict. Theod. 2 de quo ſupra tit. præced. cap. 11.

b c. fin. de Cuſtod. Euchariſt. clem. vnic. §. in multis inſuper Eccleſijs de celebr. miſſ. & vtrobiq; glo. Conc. Prou. Med. 4. par. 2. tit. 1. quæ ad Sacramētal. vel Sacram. cōmuniter pertin. in princ. & §. 2. & ſeqq.

TIT. XXXIII.

De Reliquijs, & veneratione Sanctorum, Sacriſquè Imaginibus, ac Indulgentijs.

CAP. I.

SAnctorum Reliquiæ, quæ nec vendi, nec emi poſſunt, nec curioſè potius, quam reli-

religioſè inſpici, exponendæ non erunt, *a* niſi legitimè conſtet de ipſarum identitate; nec de loco ad locum transferendæ abſquè Noſtra ſpeciali licentia.

CAP. II.

PArochi commiſſum ſibi gregem, & rudes præſertim diligenter inſtruant, quomodo Sacras Imagines, tanquã exprimentes Dei, atquè Sanctorum Effigies, & geſta, debeant venerari: ne aliter abſquè vlla relatione ad eos, *b* quos repræſentant, vti muta Idola, & non audientia ethnicorum numina, ſuſpiciant, & adorent.

CAP. III.

IN Sacris Imaginibus exprimendis caueant Pictores, atquè Sculptores, ne aliquid falſum, *c* profanum, inhoneſtum, & non ſeruato decenti Ordine, atquè ritu per ipſis effingatur; & ita delineata fidelium oculis obijciantur, vt prototypi Sanctitatem, atquè dignitatem oſtendendo, veram pietatem, non autem impuros *d* animi motus valeant excitare. In Eccleſijs autem, in quibus nullo modo collocari poterunt, antequam per Nos benedicantur, & approbentur, nec etiam ad tempus erunt exponendæ, quatenus exprimant profanos actus; imò, ſi effigies laſciuæ videntur, nec etiam in publicis vijs, dum per eas à fidelibus ſolemnes ſupplicationes, ſeu proceſſiones deduci ſolent.

CAP. IV.

SAcroſanctæ Crucis; in qua redempti ſumus, venerabile ſignum, omneſquè Sacræ imagines, nec humi ſub proterentium pedibus, nec in alio indecenti loco exprimi *e* poſſint.

TIT.

a l. humatum corpus 7. C. Theod. lib. 9. tit. 17. de ſepulc. violat. vide l. nemo martyres 3. C. de Sacroſ. Eccleſ. Conc. general. Lateranen. ſub Innoc. III. vnde c. fin. vbi alia Cõcil. referuntur per Gõzal. de reliq. & vener. Sanct. Conc. Trid ſeſ. 25. de Inuocat. Vener. & reliq. Sanct. & Sacr. Imagin. §. Reliquiarum veneratione, Conc. Prou. Med. 4. tit. de Sacr. reliq. col. 5. §. Sacras porro reliquias Sac. Cõg. apud Nicol. can. lib. 3. tit. 45. de reliq. & venerat. Sanct. nu. 4. in princ. & in fin. verb præſertim.

b Conc. Prou. Senon. de anno 1528 ſub Card. Prato in decr. fidei decr. 14. de venerat. Sac. Imag. Conc. Prou Mogunt. ſub Archiep. Sebaſtiano de anno 1529. c. 4. de Imag. Cõc. Trid. ſeſſ. 25. decr. de inuoc. vener. & reliq. Sanct. & Sacr. Imagin. §. Imagines porro. Conc. Prou. Med. 4. tit. de Sacr. reliq in fin.

c Conc. Prou. Med. 1. p. 1 tit. quæ ſeruand. in Sac. Imag. effing. & 2. tit. 2. quæ ad miſſarũ, &c. decr. 18 & 3. tit de ijs quæ pertin. ad ord. Sacram. partim ad Cleric. honeſt. ac ſtud. pert. §. in hortis & ſeq 4. tit. de Sac. reliq. col. 3 §. effigias, & ſeqq. Conc. Mogunt. Prou. præd. 4 c. 41. §. Procaces vero.

d Sac. Conc. Trid. d. ſeſſ. 25 decret. de Inuoc. vene. & reliq. Sanct. & Sac. Imag. §. In has autem verſ. omnis porro, &c.

e l. decernimus 26. C de Epiſcopis, & cleric. & l. vnica C. nemini lic. ſign. Saluat. Conc. Prou Med 3 tit quæ ad Sacramẽtal. & Sacram. generat. pert. §. quod præterea & 4 par. 1. tit. de Sacr. Reliq. col. 7. §. quod de Sacroſanctæ.

Digitized by Google

TIT. XXXIV.

De Obſeruatione Ieiuniorum.

CAP. I.

AD ieiunandum impotentes ab ipſo ieiunio non diſpenſentur, niſi conſtito de impotentia *a* per atteſtationem Medicorum, & vbi Medici non adſunt præuia informatione per Parochum de ipſorum infirmitatẽ; qui per eundem Parochum erunt piè admonendi, *b* nè publicè, neue in eadem menſa cum domeſticis, ſed in diuerſa, vt melius fieri poterit, ab eorum oculis remota, & ad corporis potius neceſſitatem, quàm ad ingluuiem, cibis vetitis veſcantur.

a c. conſilium 2. § item de illis, & ſeqq. de obſer. ieiun.

b Conc. Prou. Med. 2. tit. 1. decr. 20. & in edicto S. Caroli pro quadrageſimæ obſeruatione inter acta eccleſ. Mediolan. par. 2 tp 2. in par. fol. 141. col. 1. in princ.

TIT. XXXV.

De Eccleſijs ædificandis, & reparandis, & earum cultu, atquè Ornatu.

CAP. I.

AD extruendas, vel reparandas Eccleſias, & Parochorum domos, conflandaſquè Campanas, quæ in ijs ad conuocandum Populum inſeruiunt, quatenus eorumdem Parochorum redditus non ſufficiant, parochiani, *c* & qui intra illorum limites poſſident immobilia, per contributionem adſtringantur; & quatenus omnes ità egeſtate laborent, vt nullo modò ipſæ Eccleſiæ poſſint inſtaurari, ſecundũ diſpoſitionem Sac. Conc. Trid. ad Matrices, ſeù proximiores Eccleſias transferantur.

c Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 8. de refor. & ſeſſ. 21. cap. 7. pariter de refor. Sac. Cong. apud Nicol. canonic. lib. 1. tit. 23 de offic. Archid. n. 7. in fin. verſ ſed pro maiori, & lib. 3. tit. 4. de cleric. non reſid. in Eccleſ. vel prab. n. 11. verſ debent tamen, & tit. 48. de Eccleſ. ædific. vel repar. n. 2. verſ & ſi deducta, & n. 3. in fin. & n. 4.

CAP.

CAP. II.

ALtaria, quæ concionatoris ſuggeſtui, aut Organo ſubijciuntur, ſeù Columnæ, aut pilæ inhærent, a vel Altari maiori conſpiciuntur aduerſa, vel ſunt nimis propinqua Eccleſiæ ianuis, vel quæ alia quauis ratione incommoda, vel periculis expoſita in præcedenti viſitatione per Nos agnita fuere, vel amoueantur, vel aliter in meliorem formam reducantur iuxta eiuſdem viſitationis decreta.

a Conc. Prou. Med. 4 par. 1. tit. de Cappellis, & Altaribus. §. Altaria omnia, & ſeqq.

CAP. III.

COnſecratæ altarium menſæ, ſeù Sacri eorumdem Altarium lapides tela cerata ità contegantur, b vt facile ab eiſdem non poſſint amoueri.

b Conc. Prou. Med. 4 d. par. 1 tit. de ornatu, decore, ac nitore Sacrorum locorum § conſecratæ.

CAP. IV.

ECcleſiæ, Cappellæ, Altaria ità frequenter expolientur, vt à ſitu, puluere, araneis, ſordibus, c & alio quolibet ſquallore præſeruentur; ſacræquè tabulæ, & imagines, conopea, veſtes, ornamenta, ſupellectiles, lampades, vitrea ſpecularia, ac parietes ob earum munditiem perpetuò eniteant, & in exteriori parte, tàm ipſius Eccleſiæ, quàm Oratorij ab omnibus immunditijs, ſeù ſordibus conſeruentur immunes.

c Conc. Prou. Med. 4. vbi ſupra. §. nec Eccleſiæ.

CAP. V.

ECcleſiæ Rurales, ſeù Oratoria ruri exiſtentia, ne ab arboribus, vepribus, vitibus, herbis, hæderiſquè, quæ parietibus adhærent vllo modo affici poſſint, ijs euulſis, ab alijs renaſcentibus in poſterum ſedulò cuſtodiantur; nec in eiſdem Eccleſijs vllo modo

per-

Digitized by Google

permittantur cæmentorum, ſeù lapidum aceruí, *a* lignorum ſtrues, aut alia vlla rerum profanarum congeries; vel quod in ijs, aut ſuper eas cuſtodiantur paleæ, ſegetes, dolia, vel alia quælibet inſtrumenta ad ruſticos, vel profanos vſus; aut aliter conſtituantur cœnacula, & lecti, vel in ijs, vel ſupra eas dormiatur; & vt hæc omnia adamuſſim obſeruentur, earumdem Eccleſiarum, ſeù Oratoriorum Claues Parochorum diligentia intra eorum fines, vbi earumdem Eccleſiarum Rectores in ijs non morantur, omninò vindicentur à laicis hominibus, & præſertim colonis, vel conductoribus ædium, vel prædiorum, quibus eædem Eccleſiæ adhærent; nec amplius ipſis committi poſſint.

a Conc.Prou.Med.4.vbi ſupra § fin.& ſeq. tit. de profano vſu de Sacr.loc.tollen.

CAP. VI.

CVm ibi plena debeat eſſe libertas, *b* vbi Dei ſpiritus, qui Nobiſcum præſertim habitat in Eccleſijs, vbi fideles in eius *c* nomine congregantur: abſint prorſus ab eiſdem Eccleſijs omnes profanæ ſeruitutes; omneſquè portæ, atquè feneſtræ, quæ ab extraneis laicorum domibus in eas prominent, *d* vel deducunt, omninò claudantur; & quæcumquè ædes, ſtabula, vel ædificia eiſdem annexa, quæ ſordido vſui fuerunt addicta, vel conuertantur in honeſtiorem, vel penitus deijciantur.

b c.licet 18.de regul.& tranſ. ad relig.

c Matt. 18. 20.

d Conc.Prou.Med.3.tit.quæ pert.ad ornat.& cult.Eccleſ. §. ſin autem, & ſeq.

Digitized by Google

TIT. XXXVI.

De immunitate Eccleſiarum cœmeterij, & rerum ad eas pertinentium.

CAP. I.

ADuerſus violatores Eccleſiaſticæ immunitatis licet regulariter procedi debeat ad declaratoriam Cenſurarum, *a* & cedulonum affixionem, poterit etiam ad pœnas temporales procedi, ſi cenſuræ contemnantur.

a Ad tex. in c. iuſtum eſt 9. 23. quæſt. 5. Sperell. dec. 104. n. 41. & ſeqq. & dec. 105. per tot. & præſertim n. 24. & ſeqq.

CAP. II.

GRauiorum facinorum rei, qui Eccleſiaſtica immunitate quandoquè abutuntur, licet extra caſus exceptos in Bulla S. M. Greg. XIV. Curiæ Seculari nequeant conſignari; cum tamen non poſſint in Eccleſijs, tàm ſecularium, quàm regularium vltra triduum permanere, eo elapſo, earumdem Eccleſiarum Rectores Nos curent admonere, quomodò ijdem confugientes apud eos *b* ſe gerant: vt & illi abſquè periculo *c* poſſint aliò ſe transferre, ac Eccleſiaſticorum tranquillitati opportunè prouideatur.

b Conc. Prou. Med. 1. par. 2. tit. de Eccleſ. & earum cult. §. ſicut Eccleſiaſtica Immunitas, & 5. par. 3. tit. de Eccleſ. ear. ſuppell. & fruct.

c Sac. Cong. apud Nicol. ciuil. lib. 2. tit. 8. de his qui ſunt ſui, vel alieni Iuris in diſſertione de Immunit. n. 35. §. 12. excipiuntur, & §. 16. Rei, &c.

TIT.

Digitized by Google

TIT. XXXVII.

Ne Clerici, vel Monaci Secularibus negocijs ſe immiſceant.

CAP. I.

CAueant Clerici omnes, ne propriæ ſortis, & dignitatis obliti, aut illecti mulierum illecebris, ſecularibus, *a* & præſertim mulieribus inſeruiant, in ijs præſertim, quæ abſquè Clericatus dedecore nequeunt *b* exerceri, vel aliter eaſdem Mulieres doceant: *c* ne dum eas cupiunt terrenis luminibus illuſtrare, ad earum aſpectum caligantes, ea obtenebrentur cæcitate, vt pro bonis operibus, quibus ſupra candelabrum conſtituti cœteris lucere debent, eorum tenebras offundant, & æterni ſplendoris nequeant aſpicere claritatem.

a c. Ciprianus 3.21.quæſt.3.

b Cōc.Prou.Colon. ſub Paulo III.de anno 1536.par.2.cap.27. Conc.Prou. Med. 1.par.2. tit.de negotijs ſecularibus.

c Conc. Prou. Med. 2. tit.2. quæ ad miſſ.m, &c. dec. 32.& 4 par.3 tit. monition. col.6.§. in famulatu, & ſeq.& 5.par.3. tit.4. Quæ ad cleric. honeſt. §. final.& apud Gauant. in verb. Clerici n.6.& ſeqq.

TIT. XXXVIII.

De Sponſalibus, & Matrimonijs.

CAP. I.

PArochi poſt contracta Sponſalia ſeriò Sponſos, atquè parentes admoneant, ne ante Matrimonium per verba de præſenti *d* vllo modo ſe frequentent; & quatenus antea inſimul copulam habeant, vti de caſu, quem Nobis reſeruamus, non per alios abſolui poſſe, quàm per Confeſſarios, qui ad id à Nobis ſpecialem facultatem obtinebunt.

d Conc. Prou. Med. 2. tit.1. decr. 27.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.

MAtrimonia per verba de præſenti in Eccleſia *a* tantummodò Parochiali, niſi aliter, non pro vana contrahentium cupidine, ſed iuſtis de cauſis à Nobis diſpenſetur, omninò celebrentur, & iuxta Sac. Conc. Trid. decreta in Parochi præſentia; qui eius loco alium Sacerdotem ſubrogare non debebit, qui nondum à Nobis probatus ſit, vt Sacramenta miniſtret.

a Conc. Colon. de anno 1549 tit. fin. de cenſ. & decr. pro abuſ. emendat. decr. 33. Conc. Prou. Med. 2 tit. 1. dec 28. & 3. tit. de ijs quæ ad Matrim. Sacram. pert. §. Matrimonium, & ſeq.

CAP. III.

PArochorum Coadiutores, ſeù Cappellani Curati, qui generaliter eorum nomine ſolent Matrimonijs intereſſe, eodem contextu, quo aſſumuntur ad Parochiæ munia, in peculiari Matrimoniorum *b* libro eorum nomina, & cognomina deſcribi curent, cum deſignatione diei, menſis, & anni, quo Parochis adiuncti, ab ipſis, vel à Nobis facultatem obtinuere, vt poſſint Matrimonijs intereſſe.

b Conc. Prou. Med. 3. vbi ſupra §. ſi Parochus.

TIT. XXXIX.

De accuſationibus, Inquiſitionibus, & denunciationibus.

CAP. I.

AD eorum petitionem, qui libellum infamationis abſquè vlla ſubſcriptione porrigunt in occulto, vt nimis frequentes eorum calumniæ meritò repellantur, niſi fama, ſeù clamores delicti præceſſerint, iuxta Conſt. Innocentij III. quæ incipit inquiſitionis negocium, *c* aduerſus eos, qui eorumdē criminum infamia non laborant, inquiſitio non formetur.

c c. Inquiſitionis 21. §. tertiæ dubitationis verſ. ad hoc reſpōdemus de accuſat.

TIT.

Digitized by Google

T I T. X L.

De Magiſtris, Doctrina Chriſtiana, Seminario, ac Clericorum Congregationibus.

C A P. I.

SAcræ lectiones in hac Cathedrali à Canonico, qui præbenda Theologali potitur, ſuper materia à Nobis quotannis deſignanda, ſtatis temporibus non omittantur; *a* ad eaſquè omnes Clerici pro quorum inſtructione, atquè intelligentia congrua proponentur, *b* de more conueniant; & negligentes in peculiari libro qualibet vice per Capituli Punctatorem adnotentur, vt pro modo culpæ, congrua animaduerſione poſſint coerceri.

a Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 1. de refor.

b Conc. Prou. Med. 3. tit. de ij quæ partim ad Ordin. Sac. partim ad cler. hon. ac ſtudia pert. §. Hanc autem diligentiam, &c. Sac. Cong. apud Nicol. can. lib. 5. tit. 5. de Magiſtr. n. 4 verſ. quo verò ad audientes.

C A P. I I.

COngregationes Clericorum pro ipſorum inſtructione in Eccleſiaſticis diſciplinis, *c* tàm in Ciuitate, quàm in Diœceſi per Edictum Noſtrum in ſingulos menſes ordinatæ, iuxta illius diſpoſitionem celebrentur; & negligentes, abolitis pœnis pecuniarijs, ſpiritualibus tantummodò ad illas excitentur, vt infrà in titulo de pœnis.

c Conc. Prou. Med. 1. par. 2. tit. de Vicar. Foran. & 2. tit. 2. quæ ad miſſam, &c. dec. 30. Gauant. in verb. Cleri conuentus nu. 5.

C A P. I I I.

PArochi, vt frequentiores pueri conueniant ad Chriſtianam Doctrinam, *d* eorum parentes, & omnes alios quorum curæ commendantur, ſedulò admoneant, vt vel illos ad

d Ex Conc. Matiſcens. tex. in c. vt quiſq; Presbyter 3. de vit. hon. cler. & ex eo, ac Nannenten. Altaſſ. differt. Iur. can. lib. 6 cap. 7.

 eam

eam addiſcendam deducant, *a* vel ſaltem ſeriò inuigilent, vt eò per ſe ipſos proficiſcantur; & poſt explicatam tantæ rei neceſſitatem, atquè vtilitatem publicent indulgentias, *b* quæ conceduntur ijs, qui ad tam piam, & ſalutarem adoleſcentium inſtructionem religiosè contribuunt. In Ciuitate verò omnes Sacerdotes, atquè Clericos enixè in Domino cohortamur, vt nobiſcum conuenientes ad tam pium, & egregium, opus, ac tot Indulgentias conſequendas, congregationem inſtituant Doctrinæ Chriſtianæ.

CAP. IV.

IN Seminario qualibet quinta feria, quæ ipſius Alumnis vacatio à ſcholis permittitur, ipſis per Rectorem Cathechiſmus Romanus ità explicetur, *c* vt ſaltem per biennium integra illius explicatio abſoluatur.

CAP. V.

IN ſolemnioribus Cappellis inter Miſſarum ſolemnia, propoſito Euangelij themate, breuem, ac piam concionem habeant, comptam quidem, ac puris verbis, *d* ſed non elatis, ac tumidis, vt potius ſufflatam, & vitioſam orationem redoleant, quàm Clericali modeſtia grauem, & elegantem.

CAP. VI.

VAcationum temporibus Alumni Seminarij, cum ad domeſticos lares dimittuntur, exteriori veſte nigri coloris ſemper induantur, *e* & caſtulam Clericalem, ſeù ſuperpellicеum ſecum deferant, vt vbicumquè fuerint, ſaltem diebus feſtis, eò ſuperimpoſito, in Eccleſia Parochiali diuinis officijs interſint, & celebrantibus inſeruiant; atquè ità præſertim

a Conc. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 9. in Bulla refor. in tit. refor. curiæ, & aliorum in princip. Conc. Prou. Med. 3. tit. de Schol. Doctrin. Chriſtian. col. 4 §. Iubeat Epiſcopus, & ſeq & 4. par. 3. tit. monition. col. 11. §. Pueros feſtis, & ſeqq. & 5. par. 1. tit. 2. quæ ad prædicationem col. 4. §. Ludimagiſtri, &c. & alibi vt per Chartar. deciſ. Crim. 68. num. 5. & ſeqq. Sac. Cōc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de Refor. in princ. §. Archipresbyteri quoq; & ſeſſ. 24. cap. 4 vbi latè Barboſ. n. 24. Sac. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. Doctrina n. 2. & ſeqq.

b B. Pius V. conſt. 137. Ex debito paſtoralis §. Nos enim: Paulus V. conſt. 24. Ex credito.

c Conc. Prou. Med. 5. par. 3. tit. de Semin. §. penult. Et in Seminarij inſtitutione edita per S. Carolum par. 1. cap. 2. inter acta Eccleſiæ Mediolanenſis par. 2. tom. 1. in paruis fol. 808. col. 1.

d Ad trad. in d. Inſtit. cap. 3. d. to. 2. fol. 809.

e In d. Inſtit. cap. 7. d. to. 2. fol. 812. col. 2. §. Quo tempore.

tim memores cæleſtis militiæ, cui fuerunt adſcripti, eò magis abſtineant ab omni publico ludo, & conuerſatione nimis frequenti cum Secularibus, a Comedijs, ſpectaculis, choreis, tripudijs, atquè delatione cuiuſlibet generis armorum, quæ adeò eis vetita ſunt, vt nec ad venandum vti poſſint.

a In d. Inſtit. par. 1. cap. 7. in Epiſtola commendat. ad Paroch. in par. d. to. 2 fol. 813. col. 2. & in Inſtruct. prædicat. verb. Dei d. to. 2. fol. 198. col. 2 & in conſtit. huius Semin. & ex pluribus Concilijs Sacrorūq; Canonū ſanctionibus Chartar. dec. Crim. 20. n. 63. & ſeqq. & n. 90. & ſeqq.

CAP. VII.

SVmmo manè Alumni Seminarij in eorum Sacello, b ad fundendas Deo preces pro eorum progreſſu in Eccleſiaſtica diſciplina, per aliquod temporis ſpatium Rectoris arbitrio, ante ſcholam conueniant; ibiquè audito Miſſæ Sacrificio, quatenus ibi per alterum ex Officialibus celebretur, eas preces vel communiter alta voce, vel ſubmiſſa ſingulariter recitent, quæ ſibi a Rectore præſcribentur.

b In d. Inſtit. par. 1. cap. 6. & latius par. 3. cap. 6.

CAP. VIII.

VT omnia in Seminario optimè dirigantur, vltra peculiares eius conſtitutiones, curet Rector obſeruari etiam ea, quæ ad Seminarij inſtitutionem ordinata leguntur pro eius Mediolanenſi c per Sanctum Carolum, inclytum illius Eccleſiæ Archiepiſcopum, ac glorioſiſſimum Epiſcoporum omnium, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ horum temporum exemplar, & pro tenuitate huius noſtri Seminarij poſſunt adimpleri.

c Præd. Inſt. d. tom. 2. fol. 804. & ſeqq.

Digitized by Google

TIT. XLI.

De Ijs, qui filios occiderunt.

CAP. I.

CVm nihil magis naturæ legibus repugnet, quàm vt parentes, turbato illius ordine, poſt filiorum funera ſuperſtites, eadem ne dum videant, a ſed accelerent; ad euitandum periculum ſuffocationis infantium, qui quandoquè a dormientibus eorum genitoribus incautè opprimuntur; Noſtrorum Anteceſſorum ad inſtar in antecedentibus Synodis, eorum abſolutionem Nobis reſeruamus, qui infantes adhuc annum non excedentes detinent in lecto, abſquè arcula, ſeù repagulis; & vt, agnita erroris grauitate, faciliùs ab eo ſe abſtineant, Parochi ſæpè ſæpius, b & ſaltem quatuor anni vicibus populum admonendo, in exordio ſcilicet Aduentus, & Quadrageſimæ, & infra octauam Paſchatis, & Pentecoſtes, ne tam execrabile periculum ſubeant, huiuſmodi decretum euulgent, & criminis immanitatem deteſtentur,

a c. de Infantibus 3. ac ſin. vbi gloſſ. de his qui fil. occid. & c. quæſitum 7. de pœnit. & remiſſ.

b Conc. Prou. Med. 4. par. 2. tit. quæ pert. ad Sacr. Baptiſm. §. penult. & vlt.

TIT. XLII.

De Vſuris.

CAP. I.

CVm vendentes pretio cariori, vel viciſſim viliori ementes, ob dilatam, ſeù anticipatam ſolutionem earum rerum, quas eo tempore præſenti pecunia aliter vendidiſſent, vel emiſſent, vſuræ c labem incurrant; ab hoc crimine abſolui non poterunt, ſi per confeſſa-

c Idem text. & DD. in cap. in Ciuitate 6. & c. conſuluit 10 de vſur. Conc. Med. 1. part. 2. tit. vlt. de vſuris §. nec, & ſeqq.

rios

rios moniti, velint nihilominus exigere, vel poſt exactionem recuſent reſtituere, quod ſic emendo, vel vendendo vltra iuſtum precium obtinuere.

T I T. X L I I I.

De Iniurijs, & damno dato.

C A P. I.

AGrorum Eccleſiaſticorum Cuſtodes, qui, tanquam huius Curiæ Miniſtri, per ipſam conſtituuntur ad illorum præſeruationem à damnis, quæ per homines, vel animalia eis inferri ſolent, huic foro ſubijciuntur, *a* atquè aliorum eius Miniſtrorum gaudent priuilegijs, tam in faciendis executionibus, quàm in ſuſcipiendis pignoribus, alijſquè gerendis in executionem mandatorum huius Curiæ, vel pro recta proprij muneris adminiſtratione, ſeruent adamuſſim conſtitutiones bon. mem. Angeli Cæſij dilabentis ſeculi initio huius Eccleſiæ Epiſcopi, quæ tunc de eius ordine Typis excuſſæ, & hucuſquè inuiolabiliter obſeruatæ, iterum Nobis præcipientibus impreſſæ fuere, vt etiam in poſterum ſimiliter obſeruentur.

a Rot. in Tudertina Damnorum datorum 24. Maij, & 9. Decembris 1602. coram Card. Horatio Läcelloŧo. Sac. Cōg. ſuper Immunitate Eccleſiaſtica, & controuerſijs Iuriſdictionum in Tudertina die 29. Ian. 1636. & iterum d. 6. Iulij, & 31. Auguſti 1677.

T I T. X L I V.

De Pœnis.

C A P. I.

CVm pro criminum enormitate, tàm aduerſus Clericos, quàm aduerſus Laicos pro delictis mixti fori, vt hactenus ab immemorabili, eorum bona per hanc Curiam erunt

 publi-

publicanda, *a* ipſæ confiſcationes aliarum pœnarum ad inſtar, vt in præteritum actum fuit, in beneficium piorum operum, ſeù locorum applicentur.

CAP. II.

POenas pecuniarias ad excitandos Sacerdotes, atquè Clericos ad menſtruas Congregationes *b* pro ipſorum inſtructione in Eccleſiaſtica diſciplina, ad exemplum ſimilium *c* decretorum Edicto Noſtro ſancitas, abolemus; & illarum loco, vt ad ſpiritualia pœnis ſpiritualibus coerceantur, ſtatuimus, vt negligentes pro primà vice duobus diebus *d* à celebratione Miſſarum, ſcilicet ſimplices Sacerdotes nulla diſtinctione adhibita, Parochi verò in diebus ferialibus abſtineant abſquè populi detrimento; ſecunda verò vice per totam hebdomadam, præterquam quoad Parochos in diebus feſtis; pro tertia verò ſimplices Sacerdotes ſimpliciter, Parochi verò præter quam in diebus feſtis, vſquequò à Nobis abſolutionem conſequantur: & eorumdem Sacerdotum negligentia, quàm etiam Clericorum, qui pariter ab Ordinum miniſterio ſuſpenſionem, vt ſupra ſubire debent, per Vicarios Foraneos Nobis denuncietur; vt in beneficiorum, vel ordinum aſſecutionem compertum ſit, quid hac de cauſa demeruiſſe videantur.

TIT. XLV.

De Pœnitentia, & Remiſſione.

CAP. I.

CVm animarum Rectores Euangelici Paſtoris ad inſtar, ad vindicandam ouem, quæ perierat, omnem aliam curam debeant abijec-

a Latè Spada conſ. 129. per tot. tom 3. & latius in conſult. inferius imprimenda Biller. diſquiſ. Cleric. par. 1 tit. de bon. Cleric. § 14. n. 7. & 8. Rot. in Tudertina Damnorum datorum 9. Decembris 1602. coram Card. Horatio Lancellotto.

b De his Congregationibus Conc. Prou. Med 1. par. 2. tit. de Vicar. Foran. §. hi autè Vicarij, & 2. tit. 2. quæ ad Miſſam dec. 30.

c Act. Eccleſiæ Mediolan. par. 2. in Tabell. errat. cler. in partiis tom. 2. pag. 850. col. 1. in fin. §. qui verò, & alias: vt apud Chartar. dec. Crim. For. Archiep. Mediol. 70. n. 102.

d De ſimili ſuſpenſione temporali text. in c. præſenti 2. 5. quæſt. 1. can. nullus 2. vbi gloſ. fin. 11. quæſt. 4. can. ſi per negligentiā 27. & ſeq. c. ſi per obrepcionem de conſecr. diſt. 2.

Digitized by Google

abijcere; diebus feſtis, eorumquè vigilijs, *a* vt ſupra in Titulo de Parochis, ſaltem per horam, ad Confeſſiones excipiendas, in Sede Confeſſionali ſe exponant; & tàm ipſi, quàm omnes alij, qui pœnitentiæ Sacramentum administrant, in eo habitu, qui cap. 5 eiuſdem Tituli pro muneris decore præſcribitur.

CAP. II.

FIdelium, & præſertim mulierum Confeſſiones, vt etiam in prædicto Titulo de Parochis, niſi aliter neceſſitas ſuadeat, non audiantur extra Eccleſias, & extra Sedes Confeſſionales; quæ vbi ad huc, juxtà formam *b* præſcriptam in altero ex antecedentibus Synodis, vel extructæ, vel redactæ non fuerunt; omninò intra menſem extruantur.

CAP. III.

VT auaritia, quæ Idolorum ſeruitus, vadè odia, detractiones, impudicitiæ, ac criminum omnium fomes, & origo, & qualibet eius ſuſpicio remoueatur à Confeſſarijs, qui veri, ac Omnipotentis Dei Supremi Iudices ea præ cœteris debent execrari; Caueant ijdem, ne pro ſalutaribus pœnitentijs pecunias *c* ſibi perſolui ſtudeant, quamuis in pium opus erogandas; & quatenus ob incertitudinem eorum, quibus fieri debet reſtitutio, in pauperum, vel piorum locorum beneficium, aliquid ſibi tradatur, quod aurei ſummam excedat, ne, Nobis inconſultis, audeant diſtribuere.

CAP. IV.

DVm pœnitentium Confeſſiones audiuntur, Confeſſarij cautè animaduertant, ne vultu, geſtu, voce, aut alia exteriori demon-

a In Conc. Prou. Med. & inter acta illius Eccleſiæ, vt in de cap 5 de Paroch.

b De forma Sedis Confeſſionalis act. med. Eccleſiæ part. 2. in Inſtruct. fabr. Eccleſ. lib. 1. cap. 23. tit. de forma Confeſſionalis in partes tom. 2. fol. 824. col. 2.

c Conc. Prou. Med. 5. tit. de iis, quæ ad pœnit. Sacr. pertin. §. ſi pœnitentibus, & ſeq.

monſtratione circumſtantibus imprudenter indicent, *a* ſe peccata audire læthalia, & ob eorum grauitatem excandeſcere; ſed Euangelica charitate oleum, & vinum in eorum curationem adhibentes, peccatorum quidèm grauitatem exagerent, *b* ſed vnà etiam Crucifixi Redemptoris merito ſpem certiſſimam demonſtrent, & melioris vitæ, & perpetuæ fœlicitatis, quatenus ipſe pœnitens ex corde peccata defleat; quos verò abſolutione exiſtimabunt indignos, ne, præſertim in adſtantium conſpectu, rigidè dimittant, atquè proindè patefaciant, abſolutionem denegaſſe.

a Act. med. par. 2. in Inſtruct. pro Sacramento Pœnitentiæ tit. quæ in Miniſtr. Sacr. Pœn. Paroc. & Confeſſ. obſer. in paruis tom. 2 fol. 240. col. 1. §. vultu, & oculis.

b Conc. Prou. Med. 4. par. 2. tit. quæ pert. ad Sac. Pœnit. §. Ne vero, & ſeqq.

CAP. V.

CVm omnis medela, tàm animæ ſcilicet, quàm corporis à Deo *c* ſit, & peccatorum remiſſio, ac oratio fidei non tàm ad æternam ſalutem conferant, *d* quàm etiam ad temporalem, quæ plerumquè hebeſcit peccatorum culpa; Medici, qui ad eam excitandam elaborant, & maximè gaudere debent, ſibi per Sacros Canones, & per Apoſtolicas Conſtitutiones potiſſimum remediorum ſuggeri, ac etiam declarari, quomodò, iuxta ſacrorum eloquiorum oracula, ſpirituali eorum ope, ac conuerſatione *e* poſſint præcipuè ſanitatem tribuere, in ægritudinis exordio antè omnia infirmos moneant, atquè ſuadere omninò ſatagant, ad medicos etiam animarum euocandos: &, vt perfectè, quemadmodum tenentur, eiſdem Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus obſequantur, ſummoperè caueant, ne nimia freti artis fiducia, & aliqui forſan blandiendi cupidine, vel hæc ſalutis monita differant, *f* vel pro ſalute corporum, quæ animarum *g* comparatione generoſo fidelium pectori vileſcunt, aliquid ſuadeant, quod in periculũ animæ conuertatur. Ægrorum verò conſanguinei, aut alij, qui eis vel

c Eccleſiaſt. 38. 8.

d Iacob. 5. 15.

e Eccleſ. dicto cap. 38. 24.

f c. cum infirmitas 13. de pœnit. & remiſ. Conc. Prou. Med. 4. par. 2. tit. quæ pert. ad Sacr. Pœnit. §. Medici quicumquè, & 5 in princ. quæ ad fidei tuend. &c. §. Hoc ipſum de medicis.

g Matt. 10. 28.

Digitized by Google

aſſiſtunt, vel præcipuo charitatis vinculo iunguntur, Parochum quàm primùm commoneant de ipſorum infirmitate, eiquè atteſtationem ab alio Confeſſario ſubſcriptam curent exhiberi, quatenus alterum ad deponendas conſcientiæ ſordes aliquis infirmorum exoptauerit.

CAP. VI.

VT omnibus Confeſſarijs, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus nitido compertum ſit, quæ peccata Noſtræ abſolutioni reſeruantur, eadem in fine huius Decreti vt infra diſtinctè deſcribuntur.

Caſus in Ciuitate, & Diœceſi Tudertina Epiſcopo reſeruati, per Diœceſanam Synodum 1678.

1 BLaſphemia Hæreticalis.

2 Adoratio, vel inuocatio Dæmonis expreſſa. Abuſus Sacramentorum, vel Sacramentalium, aut rerum Sacrarum ad magicas artes. Veneficia, aut Superſtitiones.

*3 Inceſtus in primo, vel ſecundo conſanguinitatis gradu, aut in primo affinitatis, & in Cognatione Spirituali.

4 Homicidium voluntarium, etiam quoad auxiliantes, mandantes, & conſulentes, nec non procurantes, & cooperantes abortum ex induſtria, etiam effectu non ſecuto.

*5 Stuprum violentum. Sodomia, etiam viri cum fœmina. Beſtialitas, & Lenocinium Coniugis in Coniugem, Parentum in filias, & fratrum in ſorores.

*6 Ma-

6 Matres, vel Nutrices detinentes ſecum in lecto, ſine arcula infantes, qui annum nondum expleuerint.

7 Falſum Teſtimonium in iudicio deponentes. Alterantes, & falſificantes ſcripturas in alterius præiudicium.

8 Notarij, & alij, qui rogati fuerint, non reuelantes relicta ad pias cauſas habentibus intereſſe, aut Curiæ Eccleſiaſticæ intra menſem à die obitus defuncti, diſponentis per viam vltimæ voluntatis. Item non ſatisfacientes illis à die ortæ obligationis intra annum.

9 Coitus inter Sponſos poſt concluſa Sponſalia, antequam ſcilicet matrimonium ineant per verba de preſenti.

Digitized by Google

OFFICIALES

In hac Synodo deputati iuxtà formam Sac. Conc. Trid. & conſuetudinem Eccl. Tudertinæ.

IVDICES SYNODALES.

PEr Illuſt. & multum R.D. Auguſtinus Bizzarrus I.V.D.Proth. Apoſt. Archidiaconus Eccleſ. Cathed. & Vicarius Generalis.

R. D. Ioannes Philippus Matalutius in vtroquè Iure licentiatus Proth. Apoſt. & Canonicus Cathed.

R. D. Petrus Luchettus I.V.D. Proth. Apoſt. & Canonicus Cathed.

R. D. Ioſeph de Aluis I.V.D. Canonicus Pœnitentiarius Eccl. Cathed.

EXAMINATORES SYNODALES.

Adm. R. D. Auguſtinus Bizzarrus Archid. ſupradictus.

Adm. R. D. Io: Hieronymus Fredus I. V. D. Proth. Apoſt. Prior Eccleſ. Cathed. Coadiutor.

R. D. Io: Philippus Matalutius Canonicus ſupradictus.

R. D. Petrus Luchettus Canonicus ſupradictus.

R. D. Paulus de Oddis Canonicus Eccl. Cathed.

R. D. Hyacinthus Ægidius de Aſtancollis Sac. Thæolog.& Philoſoph. Doctor, Canonicus Theologus Eccl. Cath.

R. D. Ioſeph de Aluis Canonicus ſupradictus.

R. D. Hadrianus Benedictonius Proth. Apoſt. & Canonicus Eccl. Cath.

Ven. Presbyter Franciſcus Caroccius Parochus Eccleſ. Cathed.

Ven. Presbyter Bernardinus Angelutius Paroch. S. Laurentij.

Ven. Presbyter Hyacinthus de Angelis.

Ven. Presbyter Agapitus de Hieronymis Curatus Caſtri Podij Collis.

Ven. Presbyter Federicus Vffredutius.

Ven. Presbyter Franciſcus Sardolus I. V. D.

R. Pat. Mag. Franciſcus Maria Vicus Ord. Min. Conuentualium.

R. Pat. Hieronymus de Tuderto Ord. Min. Strictioris Obſeruantiæ.

Ven. Presbyter Rainutius Turrianus Archipresb. Terræ Maſſæ.

Ven.

Digitized by Google

Ven. Presbyter Bernardinus Bernardus Archipresb. Terræ Baſchi.
Ven. Presbyter Chriſtophorus de Rubeis Prior Terræ Aquaſpartæ.
Ven. Presbyter Victor Felix Cobutius I. V. D. Archipresbyter Terræ Montis Caſtelli.

PVNCTATORES CHORI.

Pro Eccleſia Cathedrali.
Presbyter Petrus Antonius Corborus Sacriſta.
Pro Collegiata Terræ Aquaſpartæ.
Presbyter Petrus Ceſarinus Sacriſta.

RECOGNITORES LIBRORVM IMPRIMENDORVM, ET KALENDARII.

Adm. R. D. Auguſtinus Bizzarrus Archidiaconus ſupradictus.
R. D. Hadrianus Benedictonius Canonicus ſupradictus.

DEPVTATI PRO SEMINARIO QVO AD DISCIPLINAM.

Adm. R. D. Auguſtinus Bizzarrus Archidiaconus ſupradictus.
R. D. Petrus Luchettus Canonicus ſupradictus.

QVO VERO AD REDDITVS EIVSDEM SEMINARII.

R. D. Leonardus Pettus Canonicus Eccleſ. Cathed.
R. D. Iacobus Benedictonius Canonicus Eccl. Cath.
Ven. Presbyter Hyacinthus de Angelis ſupradictus.
Ven. Presbyter Franciſcus Sardolus ſupradictus.

PRIOR GENERALIS DOCTRINÆ CHRISTIANÆ.

R. D. Paulus de Oddis Canonicus ſupradictus.

ADVOCATI PAVPERVM.

Ioſeph Cobutius I. V. D.
Philippus Antonius Proſperus I. V. D.

PRO-

Digitized by Google

PROCVRATORES EORVMDEM PAVPERVM.

Franciſcus Lungarus I. V. D.
Criſpoltus Baccius I. V. D.

PRÆFECTI FVNERALIVM.

R. D. Leonardus Pettus Canonicus ſupradictus.
R. D. Io: Philippus Mataluṭius Canonicus ſupradictus.

AD RECOGNOSCENDA ONERA MISSARVM.

Adm. R. D. Auguſtinus Bizzarrus Archidiaconus ſupradictus.
R. D. Paulus Benedictus Gentilonus Proth. Apoſt. & Canonicus Eccl. Cathed.
R. D. Hyacinthus Ægidius de Aſtancollis Canonicus ſupradictus.
R. D. Hadrianus Benedictonius Canonicus ſupradictus.

REVISORES ADMINISTRATIONVM PIARVM.

Adm. R. D. Auguſtinus Bizzarrus Archid. ſupradictus.
R. D. Io: Philippus Matalutius Canonicus ſupradictus.
Ven. Presbyter Iacobus Marchinus Abbas Sancti Silueſtri.
Ven. Presbyter Franciſcus Carſilius.

OECONOMVS GENERALIS BENEFICIORVM VACANTIVM.

R. D. Paulus Benedictus Gentilonus Canonicus ſupradictus.

PRÆFECTI QVADRAGINTA HORARVM, ET PROCESSIONVM.

Adm. R. D. Io: Hieronymus Predus Prior Coadiutor ſupradictus.
R. D. Leonardus Pettus Canonicus ſupradictus.
R. D. Paulus de Oddis Canonicus ſupradictus.

COADIVTORES EORVNDEM.

Ven. Presbyter Pedericus Vffredutius.
Ven. Diaconus Hieronymus Cherubinus Præfectus Cæremoniarum.

Digitized by Google

PRÆFECTI DISCIPLINÆ CLERICALIS IN CIVITATE.

R. D. Leonardus Pettus Canonicus ſupradictus.
R. D. Io: Philippus Matalutius Canonicus ſupradictus.

PRÆFECTI SPIRITVALES CARCERATORVM.

R. D. Iacobus Benedictonius Canonicus ſupradictus.
R. D. Paulus de Oddis Canonicus ſupradictus.
Ven. Presbyter Bernardinus Angelutius ſupradictus.
Ven. Presbyter Antonius Palmutius.



TVDERTINA
CONFISCATIONIS.

ARGVMENTVM.

COmpoſitio ſuper crimine, de quo Curia Eccleſiaſtica cognoſcit, ſicut & Confiſcatio tàm de omnibus bonis, vel ipſorum quota, quàm de pœnis pecuniarijs ſpectat ad Epiſcopum Diœceſanum in fauorem Pauperum, & locorum Piorum, etiam ſi Cauſa ex integro Legatis committatur; ac præſertim vbi adeſt conſuetudo, etiamſi delinquens ſit laicus, dummodò is, in quem delictum committitur, ſit Clericus etiam coniugatus, ſi conſtet de eius voluntate perſeuerandi in ſtatu Eccleſiaſtico, & præſertim fauore Curiæ Epiſcopalis, vt ſcilicet in eius Cauſis Iuriſdictionem non amittat. Familiaritas Epiſcopi in eius Ciuitate notoria dicitur, & maximè quando eſt circa præcipua ſeruitia, licet Familiaris ſtipendium non conſequatur.

SVMMARIVM.

1. *COmpoſitio Presbyteri interfecti ſpectat ad Epiſcopum Diœceſanum.*
Confiſcationis medietas in Eccleſiæ vtilitatem eroganda eſt reliquum verò in eleemoſinas.

2. *Epiſcoporum Iuriſdictio aduerſus laicos maior ſeculari poteſtate à Chriſto Domino deriuatur.*

3. 6. *Epiſcopi indiſtinctè ſunt Apoſtolorum ſucceſſores.*

4. *Explicatio S. Auguſtini ſuper pſal. 44. verſ. Pro patribus tuis, &c.*

5. *Epiſcopi Principes ſunt.*

7. *Per Epiſcopalem Iuriſdictionem Deus, ac Dominus regnat ſuper nos.*

8. 27. *Eccleſiaſticam Iuriſdictionem, ſeù poteſtatem Deus conſtituit ſuper gentes, & regna.*

9. 10. *Summi Pontifices, & rebus fidei, & ſumma reipublicæ diuinitus præſunt.*

11. *Epiſcopi ante Concilium Tridentinum paſſim aduerſus laicos pro delictis Eccleſiaſticis, & iniurijs Clericorum, ad cenſuras Eccleſiaſticas, & implorationem brachij ſecularis procedebant.*

12. In-

12. *Iuriſdictio Epiſcoporum in infideles ſibi ſubiectos ante Conc. Trid. immediatè extendebatur.*

13. *Infideles non ſubditi Epiſcoporum ante Conc. Trid. per eorum Dominos compellebantur ab Epiſcopis.*

14. *Epiſcopi hodie ex diſpoſitione Conc. Trid. ſine reſtrictione, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis poſſunt contra laicos procedere, tàm ad pœnas corporales, quàm ad pecuniarias, atquè reales.*

15. *Curia Epiſcopalis per reſolutionem Sac. Congreg. Concilij in laicos extenditur.*

16. *Iuriſdictio Epiſcopalis de ſententia Sac. Rot. Rom. in laicos extenditur.*

17. *Laici etiam ex voto Sac. Congreg. Immunitatis, & Boni Regiminis Epiſcopo ſubijciuntur.*

18. *Confiſcationes omnium bonorum, vel ipſorum quota, & pœna pecuniaria nihil inter ſe differunt.*

19. *Secularium Principum legitimis Iuribus Sedes Apoſtolica derogare nunquam ſolet.*

20. *Confiſcationum conſtitutiones, vel conſuetudines pro diuerſitate regionum, atquè locorum ſunt attendenda.*

21. *Confiſcandi facultas quatenus in aliquibus locis ſit penes ſeculares Principes in delictis Eccleſiaſticis, eſt tantum ex Pontificia conceſſione, vel ex conſuetudine.*

22. *Curia, quæ ad punitionem procedit aſciſcuntur ea quæ delinquentibus auferuntur.*

23. *Confiſcationes bonorum conceduntur curiæ quæ ſuper delicto cognoſcit non ſolum per Apoſtolicas Conſtitutiones, ſed etiam per Imperiales leges.*

24. *Pœnæ, quæ per Sacros Canones non ſunt reſtrictæ pro damni reparatione, ſunt curiæ.*

25. *Pœnæ in aliquibus delictis ſunt præfinitæ in certa ſumma, pro qua plerumquè ſufficientes facultates non habent ærofi delinquentes.*

26. *Confiſcationes ſolum in caſibus peculiaribus per Sac. Can. Laicis, & eorum Curijs conceduntur, & præſcribendo quid ab ipſis faciendum ſit, & ad eas excitandos.*

28. *Degradandi Principis facultas in Eccleſia antiquiſſima non ſolum Rom. Pontifici, ſed etiam cuiuis Epiſcopo competebat.*

29. *Facultas degradandi Principis eſt Ordinaria Epiſcoporum.*

30. *Epiſcopi habent merum, & mixtum Imperium iuxta limites ſuæ Diœceſis.*

31. *Epiſcopi ſunt maiores quolibet Principe.*

32. *Epiſcopi habent Fiſcum, & Confiſcationem in fauorem Pauperum, & locorum Piorum in cauſis ad eorum Iuriſdictionem ſpectantibus.*

33. *Cauſa ſuper crimine Eccleſiaſtico ſi ex integro Legatis committatur confiſcatio ſpectat ad Epiſcopum Diœceſis.*

34. Con-

34. *Conſuetudo longa, & immemorabilis dicitur titulus omnium potiſſimus.*
35. *Laicus Clericum interficiens puniri debet in foro Eccleſiaſtico.*
36. *Clericus coniugatus non incedens in habitu eſt de Iuriſdictione Epiſcopali, ſi conſtet de illius voluntate perſeuerandi in ſtatu Eccleſiaſtico.*
37. *Probatio ſuper voluntate Clerici recedere volentis à ſtatu Eccleſiaſtico debet eſſe concludens.*
38. *Curia Epiſcopalis ex facto immerentis Clerici iuriſdictionem non amittit.*
39. *Iudex Eccleſiaſticus procedere debet inter Laicos ex vtraquè parte collitigantes ſuper re emphytheutica, quæ ab Eccleſia dependet, quia res ad Eccleſiam vt propria redire poteſt.*
40. *Interfectores Clerici non incedentis in habitu licet excommunicari non debent per Ordinarium tamen Eccleſiaſticum corripi debent ſeuerius, quam qui ſimplicem Laicum occidunt.*
41. *Familiaritas Epiſcopi ad effectum reſeruationis probari debet non tàm per ſeruitium, quàm per ſtipendium.*
42. *Secus vero quo ad Iuriſdictionem, vt quis dicatur ſubiectus Epiſcopo, & de illius foro.*

1 PResbyteri interfecti compoſitio Epiſcopo, ad cuius parœciam pertinet, ſoluatur, itaut medietatem vtilitatibus Eccleſiæ, cui præfuit, tribuat, alteram in eius eleemoſinam iuſtè diſpertiat, vt ſunt verba ex *Conc. Triburien. deſumpta per Text. in c. 1. de pœn.* quæ in ſubſtantia idem continent, quod ex eodem Concilio aſſumptum legitur *in c. Omnes Presbyteri 26. & in capitular eit. in illius calce 17. quaſt. 4.* & latius in eodem *Conc. ſub Bonifacio VI. & Arnulpho Imperat. c. 4. ſecundum Venet. impreſſ. tom. 4. fol. 29. & ſeq & ſecundum recent. Pariſien. tom. 9. fol.* 444. vbi prudentiſſimi eiuſdem Concilij patres de hac ſanctione rationem reddentes ſic loquuntur, ſed quia vt Hilarus Papa omnibus Epiſcopis per diuerſas Prouincias in Epiſt. ſua ſcribit, iniuria Sacerdotum, & Eccleſiarum Sacrilegium eſt, &c. *& c.* 8. *&* 9. Epiſcoporum iuriſdictionem examinantes, eam etiam aduerſus Laicos longè ſupra Secularem poteſtatem extollunt, vtpotè in eoſdem Epiſco-
2 pos a Chriſto Domino deriuatam, qui poſt Reſurrectionem ſuam aſcenſurus ad Patrem præmiſſis verbis *Matt. 2. data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in Terra poſtea Ioan. 20.* ſi Apoſtolis eſt illocutus, *ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* vt ſic indicaret translatam in ipſos poteſtatem præ cæteris eximiam, non tàm in ſpiritualibus, quàm in conſequentiam eorum etiam in temporalibus, & per con-
3 ſequens translatam in Epiſcopos eorumdem Apoſtolorum Succeſſo-
4 res, de quibus *Auguſtin. in Pſalm.* 4 ad illa verba pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij; Quid eſt (inquit) pro Patribus tuis nati ſunt tibi

 filij?

filij? Patres miſſi ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi: conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodiè enim Epiſcopi, qui ſunt per totum Mundum, vndè nati ſunt? ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum. Non ergo te vides deſertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es: de prole tua tibi creuit Paternitas. Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram, & infra, filios genuit Eccleſia; conſtituit
5 eos pro Patribus ſuis Principes ſuper omnem terram, vt ità relatis eiſdem verbis *Vrbanus II. in c. quorum vices 6. ſ. ù fin. diſt. 68.* & cum his conueniunt ea, quæ ſcripſit *Anaclet. ad Epiſcopos Italiæ Epiſt. 2. vt in c. in nouo teſtamento 2. §. cæteri verò Apoſtoli diſt. 21. Hieron. ad Euagr. Epiſt. 85. tom. 2 vt in c. legimus 24. §. nec altera Romanæ Vrbis ibi*, potentia diuitiarum, paupertatis humilitas, vel ſublimiorem, vel in-
6 feriorem Epiſcopum non facit: cæterum omnes Apoſtolorum Succeſſores ſunt, *diſt. 93. & Vrbanus I. ac Euſebius Papa, ille in Epiſt. vnica c. 1. vt in c. videntes 16. 12. quæſt. 1. iſte in Epiſt. 3. ad Epiſcopos Thuſciæ, & Campan. de qua in c manus quoquè 4. de conſecr. diſt. 5. Ciprian. lib. 2. Epiſt. 9. vt in c. Dominus 25. diſt. 94. Leo Epiſt. 66. & Innoc. III. in c. vnic. §. per frontis Chriſmationem de Sacr. Vnct. ac ipſa Trident. Synod. ſeſſ. 23. de Sacr. Ordin. c. 4.*

Impugnant itaquè Canonum Sanctiones, impugnant Dei ordinationes, & ipſius, ac Apoſtolorum Iuriſdictionem abiciunt ij, qui Epiſcopalem Iuriſdictionem in Laicos excludunt, ne per ipſam idem Deus,
7 ac Dominus regnet ſuper eos, vt *Regum 1. c. 8. num. 7.* quemadmodum ad eam aſſerendam, *Albert. Pius Princeps Carpen.* quem refert *Raynald. in continuat. annal. Baron. tom 20. ad annum 1516. nu. 97. & 98.* Vnde dum pro ijs criminibus, pro quibus Eccleſiaſtica Curia etiam aduerſus Laicos legitimè procedit, dum pro Clerici homicidio aduerſus Seculares illius interfectores ipſius Curiæ oppugnatur iuriſdictiò, & obliteratis quodamodò Canonum Sanctionibus ad ipſam non pertinere contenditur confiſcationem bonorum, qua pro tàm immani delicto damnantur interfectores, ſatis vtiquè mirari non poſſum, quod in diminutionem iuris Eccleſiaſtici, & in ſpretum
8 eximiæ poteſtatis, quàm Deus conſtituit ſuper gentes, & Regna, vt *Ierem. 1. num. 10. & in c. ſolitæ 6. §. potuiſſes autem de maior. & obed.* hæc inquam audiantur non Tiberio Claudio Rempublicam adminiſtrante, ſed poſt quam Diuinitus factum eſt, quod ijdem Pontifices,
9 & Dei immortalis religioni, & ſummæ Reipublicæ præeſſent, ac ſub eorum pijſſimo, & verè clementiſſimo, vt cum Syneſio loquar in eius *Epiſt. 58. apud Baron. tom. 5. ad ann. 411. fol. mihi 337. lit.* E. Quæ

nam-

namquè in hoc ſupereſſe poteſt difficultas, dum inſpecto iure nouiſ-
10 ſimo *Conc. Trident. ſeſſ. 25. c. 3. de reform.* hæc quæſtio tanquam àb ipſo definita in fauorem Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis omnem ambigendi occaſionem ſuſtulit, vt latè *Fagnan. in c. licet 3. nu. 21 iunctis aliquibus præcedentibus, & omnibus ſeqq. vſque in fin. de pæn. Auend. in Theſaur. Indic. par. 1. tit. 5. c. 19. de pœnis num. 150 & ſeqq. & latè poſt alios Solorz. de Iur. Ind. tom. 2. lib. 3. c. 7. num. 75. & ſeqq. & præcipuè num. 79. & ſeqq. vbi reprobat Peregr. & alios*, qui abſquè articuli diſcuſſione, & abſquè examine conciliaris diſpoſitionis in ſequelam forſan aliquorum ex antiquis, qui contrariam aſſeruere opinionem, eam temerè amplectuntur.

Cum enim ante Trident. Epiſcopi paſſim aduerſus Laicos pro delictis Eccleſiaſticis, & iniurijs in Clericos illatis ad Cenſuras Eccleſiaſticas
11 procederent, & in contemnentes ſoliti eſſent implorare auxilium brachij Secularis, vt *ex decreto Ioan Papæ VIII. in Conc Trecen de quo in c. 1. de off. Ordin. & Innoc. III. in Conc. Lateran. vt in c. quoniam 14 in fin. eod. tit. & in c. poſtulaſti 21. de homicid. & Greg. IX. in c. 2. ſeu final. de maledic. & in c. fin. de Exceſſ. Prælat. Clementis IV. in c. vt officium 11. §. denique, vt circa præmiſſa de hæret. in 6. & Bonifacij VIII. in c. vnico §. fin de ſtat. Regul. eodem libro*, & paſſim in alijs, & generaliter quidem pro quolibet ſcelere, de quo Curia Eccleſiaſtica cognoſcit, *vt in dicto c. 1. de off. ordin. & in Conc. Turonen. III c. 41. de quo in c. inceſtuoſi 22. & in alijs concordantibus, vt in c. prodeſt 4. & in c. Princi-*
12 *pes 2. & paſſim in pluribus alijs 23. quæſt. 5.* in infideles autem, qui per Eccleſiaſticas cenſuras non puniuntur Epiſcopi tantummodo procederent, quatenus ipſi eorum Iuriſdictioni temporali ſubiecti eſſent, & quoad non ſubditos monendo temporales eorum Dominos, vt
13 eoſdem compellerent ad ſatisfaciendum læſo, prout legitur *in c. poſtulaſti 14. de Iudeis*, idem Conc. Trident. ad euitandam frequentiam, & inde contemptum cenſurarum, erigendamquè aduerſus ſæcularia impedimenta Eccleſiaſticam Iuriſdictionem meritò conſtituit, vt in poſterum Epiſcopi, tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis poſſint aduerſus Laicos abſquè reſtrictione procedere ad pœnas, cum
14 corporales, tum, & eo magis pecuniarias, atquè reales, *vt latè Auend. & Solorz. vbi ſupra, & Fagn. in præcitato c. licet 3. de pæn. vbi ſupra, & in dicto c. poſtulaſti 14. de Iude* vbi prudentiſſimus ſenex conſiderans ea, quæ pro Laicis & potiſſimum pro infidelibus hinc deduci poſſent aduerſus Eccleſiaſticam Iuriſdictionem, pro intelligentia dicit videnda, quæ ſcripſit *in dicto c. licet, & latè ad propoſitum in c. peruenit 2 num. 10. & ſeqq & præſertim num. 1.. de adult & ſtupr* vbi etiam
15 ita deciſum adnotat *à Sac. Cong Concilij, Sperell. poſt plurimos quos*

 refert

refert deciſ. 4. num. 3. & ſeqq. & pro hac eadem iuriſdictione, *Rot. in*
16 *Tudertina Damnorum datorum* 24. *Maij*, & 9. *Decembris* 1602. *coram Lancelloto*, cuius reſolutionem comprobauit hæc Sacra Cong. *in ea-*
17 *dem cauſa Tudertina die* 29. *Ianuarij*, & 23. *Decembris* 1636. & *Sac. Cong. Boni Reg.* 30. *Nouembris* 1658.

Nec conſtituenda erit differentia inter confiſcationem, quæ fit de om-
18 nibus bonis vel de ipſorum quota, & inter pœnas pecuniarias, iuxta diſtinctionem, quam adſtruunt, *Vermigl. conſ.* 52. *num.* 12. *Peregr. de Iur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *nu.* 107. & 108. *Guaz. de confiſc. concluſ.* 21. *nu.* 45. & *Maſſin. poſt eum quaſt.* 2. *num.* 19. & 20. quia obſeruandum eſt, quod prædicti Doctores, & alij omnes, qui cum eis conuenire poſſunt, vel abſquè vllo materiæ examine hanc concluſionem proponunt, vel eam amplectuntur ſequendo authoritatem *Anchar. conſ.* 15. *num.* 4. *ante med. verſ. prætereà præſuppoſito*, qui nullo modo loquitur de confiſcatione, ſed tantummodo de pœnis pecuniarijs, quarum reſpectu per ipſos etiam Ancharani opinio reprobatur, vel eam deſumunt, *ex Text. in c. cum ſecundum* 19. *de Heretic. in* 6. vbi prohibitum legitur, ne Principes Laici ante ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici audeant ſibi vendicare hæreticorum bona; hinc etenim inferunt, quod proindè in cauſis etiam, in quibus Eccleſiaſtici Iudices pronunciant confiſcatio cedere debet in commodum Fiſci Laicalis, ſed vtiquè conſequentia parum congrua, dum hinc non ſolum inferri poſſet ad confiſcationem quotæ, ſed etiam ad pœnas pecuniarias, cum ante Conc. Trident. etiam ad iſtas poſt condemnationem ratione delicti ab Eccleſiaſtico Iudice ſecundum Canones ipſi Seculares Iudices procederent, *vt in dicto c.* 2. *de maledic.* ex peculiari tamen diſpoſitione Sedis Apoſtolicæ in ijs caſibus ſpecialibus, de quibus Text. prædictus, & alij ſimiles loquuntur, vndè in alijs, in quibus Canonica diſpoſitio fauore laicalis poteſtatis ſpecialiter non militat, etiam circumſcripto Iure nouiſſimo Conc. Trid. nec quoad pœnas pecuniarias, nec quoad ipſam confiſcationem tuta dici poteſt opinio, vel diſtinctio Laicorum fauore, vt fatetur ingenuè *Fulu. Conſtant. Reg. officialis in l.* 1. *nu.* 53. *in fin. verſ. quamuis C. de pœnis fiſcal. lib.* 10. prout optimè demonſtrauit ipſa Sedes Apoſtolica, quæ iuribus legitimis
19 Secularium Principum detrahere non ſolet, vt proteſtatur *Innoc. III. in c. nouit.* 13. § *non enim intendimus de Iudic.* & *in c. per venerabilem* 13. §. *inſuper cum Rex, qui fil. ſint legit.* dum quoad applicationem bonorum, quæ Laicis Hæreticis confiſcantur, ac ſi nullum Ius eiſdem Principibus competeret, quam ex ſpeciali ipſius Sedis diſpoſitione, vel antiquos Canones declarauit non procedere vbi Eccleſiaſticus Iudex non tam pro delictis, & alijs pœnis, quam etiam pro confiſcatione

Digitized by Google

tione pronunciat, vel ab ijs in totum, ſeu in parte receſſit, *vt adnotat Felin. in c. Irrefragabili 13. §. cæterum num 5. in fin. verſ nec obſtat dictum cap. cum ſecundum de offic. Ordin. vbi in fin. dicti num.* in illius additione proſequitur ſe vidiſſe multas extrauagantes aliter de huiuſmodi applicatione diſponentes, de quibus etiam meminit *Boſſ in eius tit de Hæret. num 33. verſic. hodiè tamen. & ſeqq. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 374. num 3. & ſeqq & alij de quibus Caren ad Fulcod. quæſt 15. num 3. & ſeqq.* adeo vt propterea, vt ipſe ſubijcit pro diuerſitate re-

20 gionum attendendæ ſint, vel diuerſæ conſtitutiones, quæ pro ijs emanarunt, vel conſuetudines in ijs vſu receptæ, vt proſequitur *Antonell. de loco legal. lib. 3. c. vlt. quæſt. 3. per tot* & omninò affirmandum ſit Seculares Principes, quatenus in aliquibus locis huiuſmodi

21 confiſcationes obtineant, eas tantummodò obtinere ex Pontificia conceſſione, vel conſuetudine in eiſdem locis recepta *Fermoſin. de confiſcat. alleg 44 nu. 13. & ſeqq & alleg. 45 nu 2.*

Vnde cum ex prædictis non elidatur concluſio paſſim recepta, quod

22 ea, quæ delinquentibus auferuntur, ſpectant ad Curiam, quæ ad punitionem procedit, & ſic ad Curiam Eccleſiaſticam, quoties per eam damnantur delinquentes ſiuè in pecunia, ſiuè in bonis, & vniuerſa eorum ſubſtantia, vt clarè deſumitur *ex Text. in c. ſi vos 35. vbi Gloſ. fin 23. quæſtione 5.* imò ne dum, ex Canonicis conſtitutionibus,

23 verum ex ijs etiam quas olim Imperatores promulgarunt prout teſtatur *Auguſt. in c. quicumquè p. & ſeqq. per tot. ac præcipuè in c. quod autem 3. verſic. quicquid ergo 23 quæſtione 7.* & pœnæ pecuniariæ, de quibus in Sacris Canonibus non ſint ſimpliciter reſtrictæ ad damni

24 reparationem, vt expreſsè *in c. quia plerique 8 de immunit. Eccleſ. & deſumitur ex c. dilectus 18. de offic Iudic. Ordin.* imò pro aliquibus deli-

25 ctis ſint præfinitæ in certa ſumma, quam plerumquè non habent ærosi delinquentes, *vt in c. ſtatuimus 55. vbi Gloſ. fin. verb. Bannum 16. quæſt 1 & c 2. de delict Puer.* & ſolum vt ſupra in caſibus peculiaribus Eccleſiæ ſanctiones præſcribendo, quid faciendum ſit a Laicis,

26 atquè eorum Curijs, ad eos excitandos eiſdem ſic punientibus confiſcationes attribuant, *vt in c ità quorumdam 6 de Iude & c. vergentis 10. de Hæretic.* quemadmodum demonſtrat Pelagij Epiſt. ad Narſetem patritium, & Italiæ Ducem de qua in *c. de Liguribus 43 vbi eum præſertim ad hoc ſtudet excitare 23. quæſtione 5.* nullo modo conſtitui poteſt differentia inter confiſcationem, & peculiares mulctas, ſeu pœnas pecuniarias, niſi perperam dicendo, quod Epiſcopus ſolum quoad Clericos potitur ea Iuriſdictione, quæ eſt de primo gradu meri imperi, aduerſus verò Laicos ea ſimplici dumtaxat, quæ ad vltimum illius gradum dicitur pertinere, & extenditur tantummodò ad

 mul-

mulctas, & pœnas pecuniarias non autem ad confiſcationem, quos Iuriſdictionis gradus poſt alios, quos adducit obſeruat *Spada conſil 26. num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. hoc enim quam abſurdum ſit vtiquè facillimum erit depræhendere, ſi conſideretur, Epiſcoporum Iuriſdictionem aduerſus Laicos in delictis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus non fuiſſe à Sæcularibus Principibus, vt eorum fæudatarijs intra certos limites conceſſam, ſed ab ipſo Deo, qui Rex Regum, & Dominus
27 dominantium eos vt ſupra conſtituit ſuper gentes, & regna *ad text. in dicto c. nouit* 13. *per tot. eo præſertim §. licet autem de Iudic.* vbi de ijs, quæ pertinent ad Iudicium Eccleſiæ, & in celebri *Extrauag. Vnam Sanctam* 1. *§. nam veritate teſtante*, vbi *Gloſ. verb. ergo ſi deuiat de maiorit. & obed. & comprobat Text. in c. omnes Principes* 4. *& dicto c. ſolita* 6. *de maiorit. & obed. & in c. quis dubitet* 9. *& ſeq. c. duo ſunt, ac alijs ſubſeqq. diſt* 96 *& eruditiſſimus Lup.* qui pro confirmatione prædictorum
28 oſtendit degradandi Principis poteſtatem in Eccleſia antiquiſſimam non ſoli Romano omnium ſupremo, ſed cuiuis Epiſcopo olim competijſſe in *Scol. ad Can.* 6. *Conc. V. Rom. ſub Greg. VII. verſus finem tom.* 5. *fol.* 161 atquè proindè virtute huius Iuriſdictionis, quam de Iure
29 obtinent ex eorũ ordinaria facultate, de qua *in dicto c.* 1. *de offic. Ordin.*
30 tanquam Principes habentes merum, & mixtum imperium, ac Territorium iuxta limites Diœceſis, *vt latè Sperell. deciſione* 116. *num.* 78. *deciſ.* 124. *num.* 13. *&* 14 *& deciſ.* 128. *num.* 53. *& ſeqq.* imò maiores
31 quolibet Principe *dicto c. omnes Principes* 4. *de maiorit. & obed.* prout proſequitur *idem Sperell. dicta deciſ.* 128. *num.* 57. in beneficium Pau-
32 perum, atquè Piorum Locorum propriæ Diœceſis habere abſquè dubio fiſcum, & per conſequens confiſcationem in cauſis ad eius iuriſdictionem ſpectantibus, in quibus de iure pœna confiſcationis infligitur, vt deſumitur *ex Text. in dicto c.* 1. *& ſeqq. per tot. & præſertim dicto c. quod autem* 3. *præſertim in fin.* 23. *quæſt.* 7. *& ità in ſpecie Bonif. de Vital. in Clem. nolentes* 2. *num.* 73. *& ſeqq. & præſertim num.* 74. *verſ. ſi autem intelligamus de Diœceſana de Hæret. Reg. Conſtant. in dicta l.* 1. *num.* 47. *& ſeqq iunctis etiam aliquibus præcedentibus C. de pæn. fiſc lib.* 10. *in his terminis late Spad. conſ.* 11. *per tot. lib.* 3. & generaliter ferè innumeri, quos refert, & ſequitur *Barb. de offic. & poteſt. Epiſcop. parte* 3. *allegat.* 107 *n* 2. *& ſeqq. & n.* 16. *& ſeqq. Dian. reſol. moral par.* 4. *tract.* 1. *de Immunit reſolut* 17. *per tot. verſ. ſed aduerſus vſq. in fine. & comprobat Sac. Congreg. Epiſcoporum & Regular.* quæ in cauſis fori Eccleſiaſtici, qua-
33 tenus ex integro eas Legatis committat ſolet ipſis præcipere, quod ſi ſententia confiſcationis proferatur, bona debeant applicari pauperibus, & Locis Pijs Dœceſis, ac ſi cauſa cognoſceretur in foro Eccleſiaſtico, quemadmodum reſcripſit *in Feretrana* 9. *Iuly* 1655.

Quam-

Quamobrem cum ex præmiſſis hæc ſententia vbiquè recipienda videatur, vtiquè potiſſimum recipi debebit in Curia Romana, dum Summus Pontifex ad eius libitum quemadmodum ex Iuribus, quæ competunt peculiaribus Eccleſijs vindicat pro Eccleſia Romana, & vniuerſali, cui præeſt, ſpolia, & ſucceſſiones Epiſcoporum, quæ peculiaribus eorum Eccleſijs de Iure competerent, *vt in c.1. de Teſtam. & vlt. volunt.* ita etiam *per Extrauag. de quibus ſupra* integras confiſcationes, vel aliquas earum partes in cauſis Hæreticorum, quæ pariter ſpectarent ad Eccleſias peculiares, *vt in dicto c.1. & per tot. 23. quæſt.7.* & paſſim alia earumdem Eccleſiarum Iura, Dominia, & Iuriſdictiones, vt latiſſimè *Spad. conſ.5. per tot. & præſertim n.13. & conſ.6. pariter per tot. & præcipuè n.15. lib.1.*

Sed quid amplius dum a centum, & vltra annis Curia Eccleſiaſtica Tudertina, vt ex regiſtris actorum illius ſemper abſquè controuerſia etiam contra Laicos pro delictis ad eam ſpectantibus ad confiſcationem proceſſit, imò ab anno 1567. ne longius inquiratur, vſquè ad annum 1672. & ſic per centenarium, & vltra, antequam modernus Epiſcopus ad eiuſdem Eccleſiæ infulas fuiſſet aſſumptus octuaginta, & vltra Laicos damnauit confiſcatione bonorum, & ſic abſquè dubio eius fauore probatur conſuetudo non tam longa, quàm immemora-

34 bilis, cuius virtute vtiquè titulo omnium potiſſimo poteſt hanc ſibi facultatem adſcribere *ad text. in l. fin. C. de emancip. lib. & in l. viros 6. in fin. C. de diuer. offic. lib. 12.* & in ſpecie poſt plures, quos adducit *Fermoſin de Confiſcat. alleg. 1. nu. 5.*

35 Nec opponatur, quod interfectores ſint Laici, quia ſat eſt, quod Clericum interfecerint, vt poſſint conueniri in Curia Eccleſiaſtica *iuxta Text. in c. generali 8. de for. compet. in c. in ſingulis 7. in fin. de ſtat. Monac. & in c. 2. de Priuileg. & c. ceſ. priuilegiat.* ac in ſpecie, vt condemnentur in pœnam confiſcationis *in dicto c. Presbyteri 2. de pæn. & in alijs ſupra allegat. & generaliter in c. ſuper quibuſdam 26. in fin. de verbor. ſignificat. & latè ac in fortioribus Sperel. dicta dec. 3. & . per tot.*

Inanis autem eſt obiectio, quod occiſus eſſet Clericus Coniugatus, &

36 non incederet in habitu Clericali, quia ne dum conſtat ex teſtibus de habitus delatione, verum etiam quod ipſe tanquam Clericus coniugatus ab Eccleſiaſtica Curia alias Inhibitionem obtinuit ne trahi poſſet ad Secularem, ac per conſequens de clara ipſius voluntate perſeuerandi in Statu Eccleſiaſtico, qua probata non ſufficit, quod pro parte Curiæ Laicalis oſtendatur ipſum pluries inceſſiſſe in habitu Laicali, niſi vlterius probetur, vel per expreſſam ipſius declaratio-

37 nem, vel per actus omninò concludentes, quod voluerit abijcere qualitatem Eccleſiaſticam, quam primò amplexus fuit, & poſtea

per actus repetitos demonſtrauit velle retinere, *vt latè Chriſtoph de*
Caſtillion. in eius vulg conſ. 5. per tot. quod paſſim recipitur præſertim
38 fauore Curiæ Epiſcopalis, quæ ex facto immerentis Clerici propriam Iuriſdictionem non amittit, *ad clarum text. in c. tranſmiſſam 15.*
de elect. latè Rot dec. 425. per tot par. 1 recent.

Quod vtiquè erit abſquè dubio affirmandum aduerſus interfectores quia
ſi verum eſt, (vt veriſſimum) quod Iudex Eccleſiaſticus procedere
39 debet inter Laicos ex vtraquè parte litigantes, vbi agitur de re
emphiteutica, quæ ab Eccleſia dependet ea ſolum ratione, quia ad
Eccleſiam vt res propria redire poteſt, *vt latè Rot. in Celebri Romana*
Domus de Scappuccis, ſeu Romana Domus ad Sanctum Auguſtinum coram
Coccino inter eius impreſſas dec. 574. per tot. comprobata in deciſ. 903. pariter
per tot. coram Merlin. impreſſa poſt eius primum Materiarum indicem, & paſ-
ſim in alijs, quanto magis procedere debebit aduerſus interfectores
Clerici Coniugati, dum ſuppoſito etiam, quod requiſita non ſeruet,
& hac de cauſa cenſeri debeat tanquam Laicus, poteſt nihilominus
ſemper reaſſumere habitum, & priuilegia virtute characteris, quem
nunquam dimittit, nec dimittere poteſt, quæ ratio potiſſima eſt vt
licet excommunicari nequeant ſeueriùs tamen per Ordinarium Ec-
40 cleſiaſticum corripi dedent interfectores ipſius, quam alij qui ſimpli-
cem Laicum occidunt, *vt docet Clemens III. in c. cum non ab homine 14.*
in fin. de Sent. excom. Ignorantia namquè, quæ animum delinquentis
excuſat, ne ratione qualitatis, quam neſciuit in Spiritualibus dam-
nari poſſit per ſegregationem à fidelium conſortio, non excuſat fa-
ctum, nec iniuriam, quam materialiter Eccleſia recipit per interfe-
ctionem eius, qui ratione characteris ſeruitio ipſius addictus erat, vt
paucis explicat *Zabbarel. in dicto c. cum non ab homine*, & latius *in c. ſi*
verò 4. nu. 2. & 3. de Sent. excom. vbi quod delictum, & iniuriam non
tàm offenſi, quàm patris illius, vel alterius cui ſubeſt, error qualita-
tis non excuſat, ſi conſtet de ſubſtantia.

Sed ceſſat omnis ambigendi ratio, dum inter illos duo ex teſtibus per
Curiam Laicalem recepti apertè conteſtantur, ne dum occiſum
Epiſcopi familiarem, verum hac de cauſa occiſum in odium carce-
rationis, ad quam Curia Eccleſiaſtica aduerſus interfectores proceſſit
propter Cõcubinas, quas occiſo infenſas detinebant; putarunt enim,
ipſum occiſum inter familiaria colloquia hoc Epiſcopo ſuggeſſiſſe,
ac etiam curaſſe, vt Satellites Curiæ Eccleſiaſticæ pro executione
cuiuſdam mandati ad eorum ædes accederent, ex his namquè conſtat
nos verſari in claris terminis *c. primi de pæn. in 6.*

Clariſſima namquè familiaritatis obſequia ipſius occiſi nequaquam poſ-
ſunt in dubium reuocari, quia quemadmodum in Vrbe dici deberent
noto-

Digitized by Google

notoria, ſi ab ipſo fuiſſent exhibita apud aliquem ex celebrioribus Curiæ miniſtris, ita & potiſſimum etiam notoria dici debent ea, quæ ab ipſo fuerunt exhibita in eius patria Tudertina proprio Epiſcopo, qui in ea Ciuitate vnicus eſt, dum ipſe occiſus, tamquam præcipuus inter eius familiares, admittere ſolebat accedentes ad eiuſdem Epiſcopi audientiam, & in Cappellis cum publicis, tum priuatis, vel in effundenda aqua ad manuum lotionem, vel in porrigendo lin-
41 teo pro ijs abſtergendis potioribus miniſterijs fungebatur, quod vtiquè ſufficit, vt ad hunc effectum præcipuè apud Epiſcopum magnæ penſionis attritum debito qui alias obſequia huiuſmodi pro dignitatis decore nequit ære redimere familiaris dici debeat, quicquid ſit ad
42 effectum reſeruationis, pro qua requiritur ne dum mens, & ſeruitium, ſed etiam dens, vt ad ſalarium explicandum vulgariter dicunt Doctores, quemadmodum ad hunc effectum diſtinguendo *Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. primo c. 39. §. 4 qui ſoles in aliquibus impreſſionibus per errorem deſignari tanquam Tertius nu. 33. & ſeqq.*

Et ita, &c.



INDEX TITVLORVM.

A

Accuſationibus, & Inquiſitionibus. Tit. 39. pag. 64
Adminiſtratione rerum Eccleſiaſticarum. Tit. 22. 37
Ætate, qualitate, & ordine præficiendorum, & ordinandorum. Tit. 8. 22

B

Baptiſmo, & eius effectu. Tit. 31. 56

C

Celebratione Miſſarum. Tit. 30. pag. 51
Clericis non reſidentibus. Tit. 20. pag. 35
Clericis peregrinis. Tit. 11. 25
Cognatione Spirituali. Tit. 31. 56
Confirmatione. Ibidem.
Cohabitatione Clericorum, & Mulierum. Tit. 19. 35
Conſtitutionibus. Tit. 2. 12
Conſuetudine. Tit. 4. 15
Cuſtodia Euchariſtiæ. Tit. 32. 57

D

Damno dato. Tit. 43. 69
Decimis, Primitijs, & Oblationibus. Tit. 26. 46
Depoſito, pignoribus, & Monte Pietatis. Tit. 23. 39
Doctrina Chriſtiana. Tit. 40. 65

E

Eccleſijs ædificandis, & reparandis, & earum cultu, & ornatu. Tit. 35. 59
Electione, & electi poteſtate. Tit. 5. 16

F

Ferijs, & obſeruatione Feſtorum. Tit. 15. 30
Fide Inſtrumentorum. Tit. 17. 31

H

His, qui filios occiderunt. Tit. 41. 68

I

Immunitate Eccleſiarum. Tit. 36. pag. 62
Iniurijs, & damno dato. Tit. 43. 69
Iure patronatus. Tit. 29. 50

M

Magiſtris, Doctrina Chriſtiana, Seminario, & Clericorum congregationibus. Tit. 40. pag. 65
Maioritate, & obedientia. Tit. 14. pag. 30
Monte Pietatis. Tit. 23. 39

Ne

N

NE Clerici, vel Monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant. Tit. 37. 63

O

OBligati ad ratiocinia ordinandis, vel non. Tit 10. 25
Obſeruatione ieiuniorum, Tit. 34. pag. 59
Officio Sacriſtæ, atquè Punctatoris. Tit. 12. 26
Officio Vicarij. Tit. 13. 29

P

PArochis, & alienis Parochianis. Tit. 25. 42
Pœnis. Tit. 44. 69
Pœnitentia, & remiſſione, Tit. 45. pag. 70
Pignoribus. Tit. 23. 39
Præbendis, & Dignitatibus. Tit. 21. 36

R

REbus Eccleſiæ alienandis, vel non, & illarum adminiſtratione. Tit. 22. 37
Regularibuſ. Tit. 27. 46
Religioſis domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiectæ. Tit. 28. 50
Reliquijs, & Veneratione Sanctorum. Tit. 33. 57
Reſcriptis. Tit. 3. 14

S

SAcra Vnctione. Tit. 9. 23
Scrutinio in ordine faciendo. Tit. 7. 20
Sepulturis, & Cæmeterijs, Tit. 24. pag. 39
Sequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum. Tit. 16. 30
Sponſalibus, & Matrimonio. Tit. 38. 56
Summa Trinitate, & Fide Catholica, Tit. 1. 11
Supplenda negligentia Prælatorum, & Officialium. Tit. 6. 19

T

TEmporibus Ordinationum, & Scrutinio in ordine faciendo. Tit. 7. 20

V

VIta, & honeſtate Clericorum. Tit. 18. 31
Vſuris. Tit. 42. 68

Digitized by Google

INDEX

RERVM, ET VERBORVM.

A

ABbatiſſæ, & aliæ Monialium Præſides educandarum alimẽta ſedulo exigere debent. Tit. 22. Cap. 5. pag. 39

Acceſſus ad Monaſteria Monialium prohibentur. Tit. 27. Cap. 3. pag. 47

Adminiſtratores pecuniarum, vel rerum Eccleſiaſticarum debent eſſe notorie diuites. Tit. 5. Cap. 4. 17

Aduerſus malos cedulones affigi debent. Ibidem Cap. 5. 17

Qui rationes non reddiderint confirmari non poſſunt. Ibid. 18

Ætas in ordinandis debet eſſe ſaltem quatuordecim annorum. Tit. 8. Cap. 1. 22

Altaria expoliri ſępius debent à puluere, & ſordibus. Tit. 35. Cap. 4. 60

Iuris patronatus à Patronis debent reparari, & Sacra Supellectile inſtrui. Tit. 29. 50

Suggeſtui, vel organo ſuppoſita, ſeu columnæ, vel pilæ inhærentia amoueri debent. Tit. 35. Cap. 2. 60

Anteceſſorum decreta, atquè Synodi iubentur obſeruari. Tit. 2. Cap. 1. 12

Aqua Benedicta ſingulis hebdomadis renouari debet. Tit. 12. Cap. 2. 26

Archiuij Eccleſiaſtici cuſtodia præcipitur. Tit. 17. 31

Arma deferre, & Canes venaticos ducere in Eccleſia non licet. Tit. 30. Cap. 11. 55

Armaria Oleorum Sacrorum debent eſſe diſtincta à Tabernaculo Sanctiſſimæ Euchariſtiæ. Tit. 9. Cap. 2. 23

Armorum vſus Clericis prohibetur. Tit. 27. Cap. 1. 52

B

BAptiſma in propria parochiali Eccleſia, & non alibi miniſtrari debet. Tit. 31. 56

Collatum in Domo priuata fuiſſe ex cauſa neceſſitatis, adnotari debet in libro Baptizatorum. Ibidem. 56

Beneficiati ad reſidentiam obligati abeſſe non poſſunt. Tit. 20. Cap. 2. 38

Sine vllo onere beneficia obtinentes, ſaltem tres Miſſas pro Defunctis quotannis celebrare debent. Tit. 30. Cap. 5. pag. 52

Cam-

Digitized by Google

C

Campanæ conflari, vel reſtaurari debent per Parochum de ſuis redditibus. Tit. 35. Cap. 1. pag. 59
Et ſi beneficij redditus ſunt tenues, contribuere debent omnes ij, qui intra Parochiam poſſident immobilia. Ibid. 59
Candelæ, & Palmæ benedictæ in Eccleſia ſolum diſtribui debēt, nec ad domos deferri. Tit. 25. Cap. 4. 44
Canonici Epiſcopo ordinanti aſſiſtere debent. Tit. 7. Cap. 1. pag. 20
Chorum deſerere non debent de tempore pſalmodiæ ad alia munia exercenda quæ ipſorum propria non ſunt. Tit. 21. 36
In eorum habitu Choro intereſſe debent. Ibidem. 36
Capſulæ cum inſcriptione, *Eleemoſyna pro Miſſis*, amoueri debent ab Eccleſijs. Tit. 30. Cap. 1. pag. 51
Cauſa ſuper crimine Eccleſiaſtico, ſi ex integro Legatis cōmittatur, Confiſcatio ſpectat ad Epiſcopum Diœceſis. In conſult. num. 33. 86
Cedulones contra malos Confraternitatum Adminiſtratores affigi debent. Tit. 5. Cap. 5. 17
Ceremoniæ conſuetæ in Sacris functionibus ſeruandæ ſunt, nec nouæ excogitandæ. Tit. 14. 30
Cæmeteria debent præſeruari, à quocumquè ſæculari, & prophano officio, opere, ſeruitute, & à brutis. Tit. 24. Cap. 4. 41
Fornice debent cooperiri. Ibidem. 41
Gaudent Eccleſiaſtica immunitate. Ibidem. 41
In eorum medio Crux attolli debent. Ibidem. 41
Intra eorum fines fœtida non debent abijci, nec opera ſeruilia, & inhoneſta exerceri. Ibid. 41
Vites, arbores, arbuſta, herbæ ab eis auelli debent. Ibid. 41
Claues duæ confici debent pro horreis Montium Frumentariorū. Tit. 2. Cap. 4. 14
Clauis Oleorum Sanctorum nulli etiam Clerico concredi debet. Tit. 9. Cap. 2. 23
Clerici armis abſtineri ſemper debent, ſed præcipuè cum ad officia, & ſolemnitates conueniunt. Tit. 18. Cap. 1. 32
Collare, mundum, ſemper ferre debent. Ibid. Cap. 5. 33
Comam prolixam, ita vt imas aures non excedat nutrire non debent, capillos aſcititios gerere, ſed tonſura inſignes ſe oſtendere. Ibid. Cap. 4. 33
Comedijs intereſſe, nequè ſæcularibus ludis debent. Tit. 27. Cap. 6. 49
Congregationes pro inſtructione Clericorum inſtitutas frequētare debent. Tit. 40. Cap. 2. pag. 65
Habitu cum decenti, ac ſuperpelliceo in Choro intereſſe debent. Tit. 30. Cap. 9. 54

Le-

Lectionem Sacram, quæ à Canonico Theologo habetur prætermittere non debent. Tit.40. Cap.1. 65
Miſſam celebrare non poſſunt ſine Veſte talari ſub pœna ſuſpenſionis. Tit. 18. Cap. 5. 33
Non intereſſentes congregationibus caſuum conſcientiæ, tàm ſimplices Sacerdotes, quàm Parochi ſuſpenduntur. Tit.44. Cap. 2. 70
Ornatus Sæculares fugere, ac veſtibus tantummodo nigri coloris vti debent. Tit. 18. Cap. 3. pag. 32
Peregrini celebrare non poſſunt ſi decentem habitum, dimiſſorias ſuorum Ordinariorum, & quatenus exteræ ſint nationis, ſubſcriptas per Nuncios vel alios Miniſtros Sedis Apoſtolicæ in illis partibus, & Romæ recognitas non gerant. Tit.11. pag. 25
Sæcularibus ac maximè Mulieribus inſeruire non debent. Tit. 37. Cap. 1. 63
Sobrij, modeſti, ac graues in conuiuijs eſſe debent. Tit. 18. Cap. 2. 32
Veſte talari, maxime in Ciuitate indui debent. Tit. 18. Cap. 5. 33
Clerici Seminarij cum proprias domos vacationum temporibus redeunt in habitu clericali incedere debent ac inſeruire Eccleſiæ propriæ Parochiæ. Tit. 40. Cap. 6. 66
In ſolemnioribus Capellis concionem habere debent ſuper Euangelij themate. Ibidem Cap. 5. pag. 66
Præter conſuetas Seminarij regulas ſeruare debent etiam inſtitutiones S. Caroli Borromei. Ibid. Cap. 8. 67
Quinta quaiibet feria Cathechiſmum explicare debent. Ibid. Cap. 4. 66
Clericis Ancillæ quinquagenariæ tantum permittuntur. Tit.19. pag. 35
Clericus Coniugatus non incedens in habitu eſt de Iuriſdictione Epiſcopali, ſi conſtet de illius voluntate perſeuerandi in ſtatu Eccleſiaſtico. In Conſult. num. 36. 88
Compatres, cum infantes leuant ad Sacrum Fontem Baptiſmi, nullius generis arma deferre debent. Tit. 31. Cap. 2. 57
Compoſitio Presbyteri interfecti ſpectat ad Epiſcopum. In Conſult. nu. 1. 80
Confeſſarij exterioribus ſignis nullo pacto indicare debent ſe peccata audire lethalia. Tit. 45. Cap. 4. 72
Pro ſalutaribus pœnitentijs ſibi Pecunias perſolui fugiant. Tit. 45. Cap. 3. 71
Si quid ſibi datum fuerit cauſa incertæ reſtitutionis, quod aurei ſummam excedat, illud diſtribuere non debent inconſulto Epiſcopo. Tit. 45. Cap. 3. pag. 71
Quos abſoluere non poſſunt rigide non dimittant. Ibid. 72

Con-

Digitized by Google

Confeſſiones audiri non debent ſine Veſte talari, ſuperpelliceo, ac Stola. Tit. 25. Cap. 5. 44
Infirmorum quatenus Regulares excipiant, ſchedam atteſtationis Parochis exhibendam, relinquere debent. Ibid. Cap. 2. pag. 47
Mulierum alibi, quam in Sede confeſſionali iuxta præſcriptũ extructa, nec alio tempore, quam de die non debent excipi. Tit. 25. Cap. 5. 44
Confiſcandi facultas, quatenus in aliquibus locis ſit penes Principes Sæculares pro delictis Eccleſiaſticis, eſt tantum ex Pontificia conceſſione, vel ex conſuetudine. In conſult. n. 21. 85
Cõfiſcationes fori Eccleſiaſtici pauperibus, & pijs locis applicari debent. Tit. 44. Cap. 1. 70
Et in conſult. nu. 1. 81
Solum in caſibus peculiaribus per Sacros Canones Laicis, & eorum curijs conceduntur ad eos excitandos, præſcribendo quid ab ipſis faciendum ſit. Ibidem num. 26. 85
Confiſcationis medietas in Eccleſiæ vtilitatem eroganda eſt, reliquum vero in Eleemoſynas. In conſult. nu. 1. 81
Confiſcationum conſtitutiones, vel conſuetudines pro diuerſitate locorum, atquè regionum ſunt attendendæ. Ibid. n. 18. 84
Congregationes Confraternitatum in ſolis ædibus ad id deſtinatis debent fieri, niſi faciendæ ſint corã Epiſcopo. Tit. 5. Cap. 3. 17
Conſuetudo longa, & immemorabilis dicitur titulus omnium potiſſimus. In conſult. n. 35. 87
Qua primam Miſſam celebrantes inter Miſſarum Solemnia Sacris veſtibus induti per Eccleſiam ad quæſtuandum vagantur prohibetur. Tit. 4. Cap. 1. pag. 15
Queſtuandi eleemoſinam dum Sacra Communio miniſtratur, vel exponendi peluiculam, aut aliud vas ad talẽ finem interdicitur. Ibid. Cap. 2. 15
Curia Eccleſiaſtica ex facto immerentis Clerici Iuriſdictionem non amittit. In conſult. nu. 38. pag. 88
Epiſcopalis per reſolutionem Sac. Congregationis in Laicos quoquè extenditur. Ibid. n. 15. 85
Curiæ quæ ad punitionem procedit applicantur ea, quæ delinquentibus auferuntur. Ibid. n. 22. 85
Cuſtodes agrorum Eccleſiaſticorum foro Eccleſiaſtico ſubijciuntur, & illius gaudent priuilegijs. Tit. 43. 69
Obſeruare debent conſtitutiones ab Illuſtriſſ. Angelo Cæſio editas. Ibid. 69

D

Debitores Montis Pietatis illius Officiales eſſe non poſſunt. Tit. 23. Cap. 1. 39
Depoſitorum pecuniæ non poſſunt pro pignoribus diſtribui. Ibid. Cap. 2. 39
Dignitates, & Canonici Epiſcopo ordi-

ordinanti aſſiſtere debent. Tit. 7. Cap. 1. 20
Cum eorum habitu Prælatitio in Choro ſtare debent. Tit. 21. pag. 36
Degradandi facultas antiquiſſima in Eccleſia non ſolum Romano Pontifici, ſed etiam Epiſcopo cuiuis tãquam ordinaria competebat. In conſult. num. 28. & 29. 86
Diſtributio Frumenti Montium Frumentariorum alijs quam locorum incolis ſine Epiſcopi licentia fieri non debet. Tit. 2. Cap. 4. 13
Dies certi pro dicta diſtributione deſignari debent. Ibid. 13
Fieri non poteſt Parochis, & eorum conſanguineis, vel affinibus. Ibid. 14

E

Eccleſiarum Ruralium, ſiue Oratoriorum claues per Parochos, ſiue Patronos, a laicis, & ruſticis vindicari debent. Tit. 35. Cap. 5. 60
Eccleſiaſticam Iuriſdictionem Deus poſuit ſuper gentes, & regna. In conſult. n. 8. & 27. 86
Eccleſiæ occupari non debent cæmentis, lignis, alijſquè prophanis rebus. Tit. 35 Cap. 5. 61
Reparatione indigentes reparari debent tàm quo ad ædes, quàm quo ad ſupellectilem, etiam per contributionem poſſidentium immobilia intra Parochiam. Tit. 35. Cap. 1. 59
Et ſi paupertas adſit Parochianorum transferri debent, vel vniri. Ibidem. 59
Rurales ab arboribus, herbis, vepribus, vitibus expoliri, & cuſtodiri debent. Tit. 35. Cap. 5. pag. 60
Electio ſeu confirmatio eorum, qui anno præcedenti in eadẽ Confraternitate adminiſtratores, ſeu Officiales fuerunt ſine Epiſcopi riſcripto irrita eſt. Tit. 5. Cap. 2. 16
Electiones Officialium viua voce fieri non poſſunt, ſed per ſecreta ſuffragia. Ibid. Cap. 1. 16
Electores tãquam nominatores pro nominatis in ſubſidium tenentur. Ibid. Cap. 4. 17
Eleemoſyna, cum Sacra Euchariſtia fidelibus diſpenſatur nec per quæſtores, nequè expoſita peluicula, aut vaſculo colligi non debet. Tit. 4 Cap. 2. 15
Eleemoſynæ manuales pro Miſſis recipi tantummodo poſſunt quatenus oneribus anteactis ſatiſfactum fuerit, aut de dilatione ſatisfactionis concordatum. Tit. 30. Cap. 1. 51
Ementes precio viliori ob anticipatam ſolutionem vſurã committunt. Tit. 42. 68
Emolumenta Sacerdotum. Vide Sacriſtæ, Verſ. Emolumenta.
Epiſcopalis Iuriſdictio de ſententia Sac. Rotæ Rom. in Laicos extenditur. In conſult. n. 16. 84
Epiſcopi Familiaritas vt quis illi ſubiectus dicatur, & de illius Iuriſ-

Digitized by Google

riſdictione non requirit ſtipendium. Ibid. n. 42. 89
Epiſcopi ante Conc. Trid. paſſim contra Laicos pro delictis Eccleſiaſticis procedebant. Ibid. nu. 7. 82
Habent Fiſcum, & confiſcationẽ in fauorem Pauperum, & Locorum Piorum. Ibid. n. 32. 86
Habent merum, & mixtum Imperium iuxta limites ſuæ Diœceſis. Ibid. n. 30. 86
Hodie ex diſpoſitione Conc.Trid. ſine reſtrictione tàm in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis poſſunt contra Laicos procedere tàm ad pœnas pæcuniarias, quam ad corporales. Ibid. nu. 14. 83
Indiſtinctè ſunt Apoſtolorũ Succeſſores. Ibid. n. 3. & 6. 82
Infideles non ſubditi ante Conc. Trid. ab Epiſcopis per eorum temporales Dominos compelli fiebant. Ibid. n. 13. 83
Sunt maiores quolibet Principe. Ibid. n. 31. 86
Epiſcoporũ in laicos Iuriſdictio maior ſæculari poteſtate à Chriſto Domino deriuatur. Ibid. nu. 2. 81
Eucharistia adminiſtrari non poteſt ægrotis etiam in Hoſpitalibus per alios Sacerdotes quam Parochos etiã ſub priuilegiorum prætextu. Tit. 25. Cap. 7. 45
Expoſita de nocte manere non debet in Eccleſijs Monialium. Tit. 27. Cap. 4. 48
In Cathedrali Eccleſia non debet ſeruari in maiori Altare. Tit. 30. Cap. 6. 53
In Eccleſijs Parochialibus collocari debet in maiori Altare. Ibid. 53
In quibuſuis Eccleſijs exponi non poteſt ſine Ordinarij licentia. Ibid. Cap. 7. 53
Exactio Frumenti Montium Frumentariorum per Officiales eorum periculo fieri debet intra Menſem Auguſti. Tit. 2. Cap. 4. 14
Excommunicationes male vtentibus rebus Eccleſiaſticis inflictæ, electis Officialibus notificandæ ſunt. Tit. 5. Cap. 5. 17
Explicatio S. Auguſtini ſuper pſal. 44. verſ. pro Patribus tuis, &c. nu. 4. 81
Extremam Vnctionẽ Parochus per ſe ipſum, aut per peritum Sacerdotem adminiſtrare debet. Tit. 9. Cap. 4. 24

F

FEneſtræ ac portæ quæ à Laicorum Domibus in Eccleſias prominent, aut deducunt claudi debent. Tit. 35. Cap. 6. 61
Frequentia populi etiam deuotionis cauſa, vel expoſitionis Sanctiſſimi Sacramenti ad Monaſteria Monialium prohibetur. Tit. 27. Cap. 4. 48
Fructus beneficiorum ſequeſtrari debent pro ſatisfactione onerum Miſſarum. Tit. 30. Cap. 2. 51
Frumenta Montium Frumentariorum ſingulis annis de Menſibus Septembris, & Octobris locorum

rum incolis diſtribui debent. Tit. 2. Cap. 4. 13

I

IEiunare impotentes ſine Medici informatione à Ieiunio diſpenſari non poſſunt. Tit. 34. Cap. 1. 59

Seorſum ab alijs cibis vetitis veſci debent. Ibid. 59

Imagines laſciuæ in publicum exponi prohibentur in proceſſionibus. Tit. 33. Cap. 3. 58

Sanctorum piæ ac deuotæ non inhoneſtæ, ac prophanæ eſſe debent. Ibid. 58

Infirmorum conſanguinei vel aſſiſtentes Parochos admonere debent de illorum infirmitate. Tit. 44. Cap. 5. 73

Ingreſſus in Monaſteria Monialium etiam Regularium regimini ſubiectarum ſine Ordinarij licentia, ac trimeſtrua confirmatione interdicitur. Tit. 27. Cap. 3. 47

Interfectores Clerici non incedentis in habitu licet excommunicari non poſſint, per Ordinarium tamen Eccleſiaſticum ſeuerius corripi debent, quam qui ſimplicem laicum occiderit. In conſult. nu. 40. 88

Iudex Eccleſiaſticus procedere debet inter Laicos collitigantes ſuper re emphytheutica quæ ab Eccleſia dependet. Ibid. n. 39. 88

Iuramenta illorum, qui fidei profeſſionem emittere debent, ſeu iurare de obſeruandis Conſtit. Apoſt. in peculiari libro Cancellariæ deſcribi debent. Tit. 1. 12

Iuriſdictio Epiſcoporum ante Conc. Trid. in infideles ſibi ſubiectos immediate ferebatur. In conſult. n. 12. 83

Iuris Patronatus Altaria, atquè Cappellæ à Patronis prouideri debent ſub pœna priuationis. Tit. 29. 50

L

LAici ex voto Sac. Cong. Epiſcopo ſubijciuntur. In conſult. nu. 17. 84

Laicus Clericum interficiens puniri debet in foro Eccleſiaſtico. Ibid. nu. 35. 87

Lampas ante Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum ſumptibus Parochi ſemper ardere debet. Tit. 25. Cap. 3. 43
Et Tit. 30. Cap. 6. 53

Lectiones a Canonico Theologo haberi debent de materia ab Epiſcopo deſignanda. Tit. 40. Cap. 1. 65

Libellis infamatorijs abſquè ſubſcriptione in occulto porrectis nõ credatur. Tit. 39. 64

Libri imprimi non poſſunt, nequè venum exponi niſi recognoſcantur. Tit. 13. Cap. 2. 29

Licentiæ pro acceſſu ad Moniales ab Ordinarijs debent obtineri. Tit. 27. Cap. 3. 47

M

MAtrimonia in Eccleſia tantum celebrari poſſunt. Tit. 38. Cap. 2. 64

Matu-

Digitized by Google

Matutinum, & Laudes in diebus Ordinationum finiri debent ea hora, qua cœteris diebus inchoari ſolebant. Tit. 7. Cap. 1. 20
Medici in principio ægritudinis infirmos commonere debent, vt peccata confiteantur. Tit. 44. Cap. 5. 72
Miniſtri Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeruare debent conſtitutiones b. m. Angeli Cæſij. Tit. 43. 69
Miſſa audiri non debet flexo tantum altero ex genibus. Tit 30. Cap. 12. 56
In foribus Eccleſiæ, vel extra illã, ſiue nimis ad Altare accedendo audiri non debet. Ibid. 56
Miſſam ante finem non licet deſerere. Tit. 30. Cap. 11. 55
Miſſarum onera perpetua inconſulto Epiſcopo recipi nequeunt. Tit. 30. Cap. 1. 51
Pro oneribus mobilia relicta deponi debent in Sac. Monte Pietatis ad effectum diſtrahendi, vt inueſtiantur. Ibid. 51
Miſſæ cum celebrantur, ſiue Diuina Officia, aut orationes in Eccleſia fiunt, rixæ tumultus, collocutiones ante, vel prope Eccleſiam prohibentur. Tit. 30. Cap. 11. 55
Priuatę, cum Pontificalis, ſiue alia ſolemnis celebratur, celebrari non poſſunt ſub pœna ſuſpenſionis tàm celebrantibus, quàm permittentibus. T. 30. C. 4. 52
Monialibus colloqui ante meridiem diebus quibus omnes communicantur, non licet. Tit. 27. 49
Comœdias repræſentare, mimicas veſtes induere, ac viriles habitus prohibetur. Tit. 27. C. 5. 48
Moniales à die Dominica quinquageſimæ, vſquè ad diem Cinerũ Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum quotidie exponere debent poſt meridiem, & adorare. Tit. 27. Cap. 8. 49
Montis Honeſtatis Statuta antiquitus ſeruata cuſtodiri debent, niſi repugnent Teſtatorum volũtates. Tit. 2. Cap. 3. 13
Montium Frumentariorum Statuta quatenus Synodo conformia, ſeruari debent, quatenus verò contraria ad ipſam reducenda ſunt. Tit. 2. Cap. 4. 14

N

NOmina eorum, quibus per Sacriſtam Cathedralis, vel per Vicarios Foraneos Olea Sacra conſignantur in peculiari libro deſcribi debent. Tit. 9. C. 3. 24

O

OBligati ad ratiocinia ante redditam rationem ordinandi non ſunt. Tit. 10. Cap. 1. 25
Vt ab adminiſtratione legitimè abſolui poſſint debent in principio ſpeculum ſeù librum cõficere de omnibus introitibus, & ſumptibus quotidianis locorum adminiſtratorum. Ibid. Cap. 2. 25
Olea Sacra anno quolibet renouari debent, illiſquè vtendũ eſt, veteribus exuſtis. Tit. 9. Cap. 1. 23

Gra-

Digitized by Google

Gratis per Sacriſtam Cathedralis diſtribui debent Parochis Diœceſis. Ibid. Cap. 3. 24

In Tabernaculo Sſſmi Sacramenti Seruari non debent. Tit. 30. Cap. 6. 53

In vaſculis argenteis, vel ſaltem ſtamneis ijſquè mundis debent cuſtodiri. Tit. 9. Cap. 2. 23

Ordinandi ſine veſte talari, prolixa coma, & abſquè tonſura reijci debent. Tit. 7. Cap. 3. 21

Ordines Minoribus quatuordeci annis conferri non debent. Tit. 8. Cap. 1. 22

P

Parochi funus in Ciuitate omnes Clerici Parochiæ, & Vicariæ in Diœceſi proſequi debent. Tit. 25. Cap. 6. 45

Parochi alium Sacerdotem, qui ad Sacramenta adminiſtranda ab Epiſcopo approbatus non ſit ſubrogare non debent in celebrandis Matrimonijs. Tit. 38. Cap. 3. 64

Et Tit. 25 Cap. 3. 43

Binas Pixides habere debent, alteram pro Communione, alterā pro deferenda ad infirmos Eucharistia. Tit. 25. Cap. 3. 43

Candelas, & Palmas ijs tantum modo diſtribuere debent, qui in Eccleſia præſentes adſunt, nec ad domos deferre. Ib. Ca. 4. 44

Claues Eccleſiarū ſiue Oratoriorū intra fines eorū Parochiæ exiſtentium à laicis ruſticis, & colonis vindicare debent. Tit. 35. Cap. 5. 61

Confeſſiones excepturi diebus feſtis ſaltē per horā ante Miſſam ſe debent exponere. Tit. 25. Cap. 2. 43

Confeſſiones Mulierum alibi quā in Eccleſia, nec alio tempore quam de die excipere non debent Virorum autem ſolum in Eccleſia. Ibid. Cap. 5. 44

Diebus feſtis ad celebrandū alio, quam in propria Parochia ſine Epiſcopi licentia ſe conferre non debent. Ibid. Cap. 2. 43

Docere debent rudes modum venerandi Sacras Imagines. Tit. 33. Cap. 2. 58

Doctrinam pueros edocere, ac fidei rudimenta recitare prorudium inſtructione debēt, & curare, vt ab eiſdem repetantur. Tit. 25. Cap. 1. 42

Et eorum coadiutores matrimonia in peculiari libro adnotare debent cū nominibus Sponſarum, diebus menſibus, anno, ac teſtibus. Tit. 38. Cap. 3 64

Explicare debent ſingulis diebus feſtis vim, & vſum Sacramentorum. Tit. 25 Cap. 1. 42

Ieiunium, ac indulgentias denunciare. Ibid. 42

Indulgentias euulgabunt conceſſas ijs, qui inſtructioni puerorū cooperabuntur. Tit. 40. C 3. 65

Inſtruere eos, qui primum Eucharistiam debent ſuſcipere. Tit. 25 Cap. 1. 42

Lampadem ſemper ante Sanctiſſimum Sacramentum collucentem conſeruare debent. Ibid. Cap. 3. 43

Mone-

Monere debent Patres, vt filios ad addiſcendam Doctrinam Chriſtianam deducant. Tit. 40. Cap. 3. 65
Non intereſſentes Congregationibus caſuum conſcientiæ ſuſpenduntur à celebratione Miſſæ exceptis diebus feſtis. Tit. 44. Cap. 2. 70
Quater in anno exaggerare debēt facinus detinentium in lecto infantes ante annum expletum. Tit. 41. 68
Reſidere debent in ædibus Parochialibus. Tit. 20. Cap. 1. 37
Sacerdotali caſtula, ac Stola induti debent confeſſiones audire. Tit. 25. Cap. 5. 44
Specialiter delegantur contra Beneficiatos poſſidentes Beneficia intra ſuas Parochias pro reparatione Eccleſiæ, vel Altarium Beneficialium, ac eorum ſupellectilis. Tit. 17. Cap. 1. 31
Sponſos, atquè parentes admonere debent, vt ante contracta ſponſalia per verba de præſenti nullo modo ſe frequentent. Tit. 38. Cap. 1. 63
Sub pœna colluſionis, atquè fraudis ſingulis annis debent deferre in Cācellaria Epiſcopali ſtatum Montium Frumentariorū Suæ Parochiæ. Tit. 2. Cap. 4. 14
Parochiani contribuere debent ad conſtructionem domus Parochi. Tit. 20. Cap. 1 35
Parochorū proprias functiones alij Sacerdotes tàm Sæculares, quā Regulares ſibi arrogare non poſſunt. Tit. 25. Cap. 7. 45
Parochus in Ciuitate, vel Diœceſi ægrotantem vicinior Parochus inuiſere quam primum debet, eiquè Sacramenta adminiſtrare, ac morienti pie aſſiſtere. Ibid. Cap. 6. 45
Parochus cum ad adminiſtrandam Extremam Vnctionem accedit talari veſte, ac ſuperpelliceo debet eſſe indutus. T. 9. C. 4. 24
Præſcriptis temporibus Ordinationum Litanias cum Populo recitare debet ad impetrandam Epiſcopo Spiritus Sancti gratiā in admittendis Clericis. Tit. 7. Cap. 2. 21
Semper intereſſe debet in quacūquè ordinatione, ac determinatione Confraternitatum ſuæ Parochiæ. Tit. 5. Cap. 7. 18
Patrimonia ficititia per iuſiurandum aſſignantium, & aſſignatariorum reijcienda ſunt. Tit. 8. Cap. 2. 22
Pecuniæ depoſitorum Montis Pietatis diſtribui non debent pro pignoribus. Tit. 23. Cap. 2. 39
Tàm Beneficiorum, quàm Piorū Locorum ſine Epiſcopi reſcripto erogari non poſſunt. Tit. 22. Cap. 3. 38
Peregrini. Vide Clerici Peregrini. 26
Perſonati ad Monialiū collocutoria accedere prohibentur ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ. T. 27. C. 5. 48
Picturæ, & effigies Sanctorum aliquid prophanum continere nō debent. Tit. 33. Cap. 3. 58
Pœne in aliquibus delictis ſunt præfixæ in certa ſumma, quam ple-

rum-

Digitized by Google

rumquè luere non poſſunt æroſi delinquentes. In conſult.nu. 25. 85
Pecuniariæ indictæ pro Congregationibus Caſuum Cōſcientiæ in ſpirituales commutantur. Tit. 44. Cap. 2. 70
Quæ per Sacros Canones nō ſunt reſtrictæ pro damni reparatione, ſunt Curiæ. In conſult. nu. 24. 85
Porta Clauſuræ Monialium cauſa collocutionis aperiri nō debet. Tit. 27. Cap. 4. 47
Debet claudi ad ſolis occaſum, & illius clauem Confeſſarius retinere. Ibid. 47
Portæ, quæ à Laicorum domibus in Eccleſias prominent, aut deducunt claudi debent. Tit. 35. Cap. 6. 61
Probatio ſuper voluntate Clerici recedere volentis à ſtatu Eccleſiaſtico debet eſſe concludens. In conſult. nu. 37. 88
Punctator Cathedralis, & Collegiatæ Acquaſpartæ iuramentum emittere debent de fideliter exercendo. Tit. 12. Cap. 5. 28
Clericos Sacram lectionem Canonici Theologi non frequentantes adnotare debent. Tit. 40. Cap. 1. 66

Q

Quæſtores ad colligendas eleemoſinas pro Societatibus Sanctiſſimi Sacramenti permittuntur. Tit. 30. Cap. 6. 53
Sacerdotem Sanctiſſimam Euchariſtiam diſpenſantem ſubſequi non debent. Tit. 4. Cap. 2. 15

R

Regulares cū infirmorum Confeſſiones excipiunt ſchedam atteſtationis Parochis oſtendendam relinquere debent. Tit. 27. Cap. 2. 47
Qui non ſint in numero à Sacra Congreg. Monaſterijs præfinito ab Epiſcopo corripi poſſunt. Ibid. Cap. 1. 46
Sine Epiſcopi licentia celebrare non poſſunt in Eccleſijs Monialium, niſi ſint ætatis annorum quinquaginta. Tit. 30. C. 3. 57
Rei facinoroſi vltra tres dies permanere non debent in ædibus Sacris, & immunibus. Tit. 36. Cap. 2. 62
Relictum in mobilibus pro perpetuis oneribus Miſſarum deponi debet in Monte Pietatis, & venundari ad effectum inueſtiendi in bonis ſtabilibus. Tit. 30. Cap. 1. 51
Reliquiæ Sanctorum exponi non debent niſi conſtet de ipſarum identitate. Tit. 33. Cap. 1. 58
Non emi, nec vendi poſſunt. Ibidem. 57
Seruari non debent in Tabernaculo Sanctiſſimi Sacramenti. Tit. 30. Cap. 6. 53
Transferri de loco ad locum non poſsūt ſine ſpeciali Epiſcopi licentia. Tit. 33. Cap. 1. 58
Reſcripta obreptitie, vel ſubreptitie obtenta ipſo iure irrita ſunt. Tit. 3. Cap. 1. 15

Sacer-

S

SAcerdotes audientes Confeſſiones pro ſalutaribus pænitentijs ſibi pecunias perſolui curare non debent. Tit.45.Cap.3. 71
Celebrantes primam Miſſam Sacris veſtibus induti Eccleſiam circuire non debent ad quæſtuandum. Tit. 4. Cap. 1. 15
Negligentes frequentare congregationes Caſuum Conſcientiæ ſuſpenſione puniuntur. Tit.44. Cap. 2. 70
Reſtitutionis incertę pecunias aureũ excedentes inconſulto Epiſcopo diſtribuere non debent. Ibid. Cap. 3. 70
Sacra ſupellex ad prophanos vſus adhiberi non debet. Tit. 12. Cap. 4. 27
Sacræ ſupellectiles, nequè alijs Eccleſijs, & Locis Pijs ſine Epiſcopi licentia accomodari poſſunt. Ibid. Cap. 7. 28
Sacri lapides Altarium tela cerata cooperiri debent. Tit.35. Cap. 3. 60
Sacriſtæ admittere Sacerdotes ad celebrãdum, Epiſcopo celebrante, ſub pœna ſuſpenſionis non poſſunt. Tit. 30. Cap. 4. 52
Emolumenta non celebrantibus debita poſt diei morã alijs tribuant Sacerdotibus, qui obligationibus ſatisfaciant. Tit. 12. Cap. 1. 26
Horis congruis Campanas pulſari procurent pro horis Canonicis atquè Miſſis. Ibid. Cap. 2. 27
Librum peculiarẽ habere debeant, ac cuſtodire, in quo Sacerdotes celebrantes pro ſatisfactione onerum Miſſarum qualibet die, ſe ſubſcribant. Ibid. Cap. 1. 26
Sacriſtiæ Eccleſiarum Parochialium prouideri debent omni neceſſaria ſupellectile etiam per Parochianorum contributionem. Ibid. Cap. 6. 28
Sedes Apoſtolica Sęcularium Principum legitimis Iuribus derogare nunquam ſolet. In conſult. nu. 19. 84
Sedes confeſſionales conſtrui debent iuxta formam præſcriptam. Tit. 25. Cap. 5. 44
Sepulchra in Eccleſia fieri non poſſunt abſquè ſpeciali licentia Epiſcopi, & modo, ac forma ab ipſo præſcripta. Tit.24.C.2. 40
Prope Altaria per duos cubitos eſſe non poſſunt, ſub pæna ſuſpenſionis Altarium. Ibidem Cap. 3. 40
Sub terra extrui debent, elata verò amoueri. Ibid. Cap. 1. 40
Sermones prophani, ac turbæ omnes à Sacriſtijs arceri debent. Tit. 12. Cap. 3. 27
Societas Sanctiſſimi Sacramenti in qualibet Parochia inſtitui debet. Tit. 30. Cap. 6. 53
Spectacula, ludi theatrales, ac omnes ioci Clericis prohibentur. Tit. 40. Cap. 6. 67
Stabula, vel aliæ ædes, quæ ſordido vſui inſeruiunt Eccleſijs propinquę eſſe non debent. Tit. 35. Cap. 6. 61
Summi Pontifices, & rebus fidei, & ſum-

3-4-1

BIBLIOTECA